



**Ad Bilibaldum Pykraimerum de eucharistia, Ioannis Husschin,
cui ab aequalibus à prima adolescentia Oecolampadio nomen
obvenit, responsio posterior.**

<https://hdl.handle.net/1874/416739>

AD BILL.


BALDVM PYKRAIMERV,
de Eucharistia, Ioannis Hufchin,
cui ab æqualibus à prima ad
lescentia Oecolampadio
nomen obuenit, Re
 sponsio po-
 sterior.



Nescitis, cuius spiritus sitis. Luce 9.

ADDEBET

meum est quod tu me dicas
et dicitur (dicitur) et dicitur
et dicitur et dicitur



et dicitur et dicitur et dicitur

AD BILI.

BALDVM PYRKAIMERVM IO.
annis Oecolampadij, responsio posterior.



BVNDE satis indultum esset zelo, mi Bilibalde, age mutetur stilus. Tuus meræ amaritudinis felle rorabat, meus aliquantæ charitatis melle tingatur: tuus sermo inuectiuus licet tiosior feriebat, meus autem defensorius, iratū humilior uitct. In priori responsione mihi temperauit, ut te lenirem: en nunc quoq; lenior prodeo, si forte mitescas & tu. Eras tunc in me ferocior, ac inhumanior: nunc autem multo pluribus citra demeritum conuicijs me adobruis. Iterum danda est opera, ut te lessisse amicū & Christianū cognoscas, qui licet citra famæ suæ dispensum omnino tacere, neq; possit, neq; debeat, non tamen quantum lacessitus est, retaliare uelit.

Hæc dum ago, tu ne credas me tam stupidum, quin sentiam quid feceris. Et quis tam occalluit ad plagas, quem flagella ista tua non excitarent? Si me mendacē tantū prophetā dixisses, satius existimare mori quam talis esse. Mendacium enim voluntarium, & perniciōsum, maxime in rebus diuinis, summam abominationem existimauit semper. Nunc autem hoc potissimum

4 IO. OECOLAMPADII AD

scorpione discerpor. Saxeus essem, si in conuiuio loſſie
perſtrictus non ſentirem: at res non agitur in angulo.
innotescit orbi, plaudūt aduersarij, dolent amici, com-
mēdatur ſeculis, ſcripta nō ſcripta eſſe nequeūt, idq;
factū à te, cui nunquam male uolui, ſed nec hodie male
uolo. Interim tu belle modetū te gloriaris, et chari-
tatis, diuinæq; gloriæ obſeruantem fuſſe: ego autem
ſentio factū, et intelligunt mecum alij. Neq; ſic hone-
ſtati me renunċiaſſe ſciās, ut cōtemnendum putē, quod
ſentīā, quaſi nihil mihi ſit cum bona fame odoribus.
Est adhuc mihi nonnihil frontis nondū perfrictæ, qui
nolle fratres, et eos qui meæ curæ concretiſſi ſunt, per
me confundi. Et profecto tantulas adhuc uires ſuppe-
ditaret mihi ueteris Adæ ingeniū, quo conuiciū con-
uicio rependerē: nondū detriti eſſent dentes. Facillio-
ma omnium ars eſt, maledicēdi disciplina. Nulla tam
abiecta lotrīcula eſt, cui, ſi exasperetur, ingeniū deſit.

At Christianius fuerit artē hanc dēdificare, quam
dēſcere, fugere quam imitari. Quin et Ecclesiæ ſtatus
perturbationeſſt, quam ut liccat, quātū in proclivi, pri-
uatis affectibus indulgere. Videmus, quam parum ad
huc diſcuſſe tenebræ, quātæ in omnibus ordinibus de-
ordinationes, quanta hypocritarum tyrannis, quanta
etīā tyrannorū hypocriſiſ: neq; nouus ille morbus eſt,
ut heri uel nudi uertertiſ, ad feruentiorē euāgelij p̄re-
dicationē, cōpiffe putādus ſit, tamet ſi illa purgetur, et
partue

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

5

parturiat, idq; non sine dolore. Similis esse apparet
difficillime enitēti puerper.e: beata erit, si feliciter eni
xa fuerit. Væ autē terr.e uniuersæ, si ut parturiendi ui
res deerūt, abortiuerit. Dādū igitur erit aliquid huic
procelloso seculo, ne maledicentiam magis exercere,
quām iustam excusationem afferre existimer. Si enim
inuicem lacrādo, infamādo, traducendo q; in ecclesia
dei ambulare uoluerimus, quid tandem futurū est? quā
fieri poterit ut ueritatem nō amittamus? quomodo et
mutuū & alios edificabimus? Zelus absq; charitate,
nō curat, sed uulnerat: nō humanus, sed pecunius est.

Cessurus itaq; sum, quantum per honestatem licet,
nec quantum possem iure, uel quantum mereris, ex a
postulabo, imo nullus essem in cōuicijs, si tu à calumni
oſe maledicentiae uitio excusari posses, quacunq; tan
dem permissione dei, illi malo factus es obnoxius. For
tassis nō defuturi sunt, qui intempestiū, seruiliſ q; pc
ctoris, consilium mansuetudinis huius dicant, & pro
meritis tractandū te cēscant. Videor mihi uidere, ubi
contulerint utriusq; responsiones, quod me redargutu
ri sint, dicētes: Stulte, existimabas hac arte Bilbaldio
demulceri posse? an non fecisti periculū, quām iniquus
fuerit priori responſioni? num uel unum uerbum pa
cifice, amice, & absq; felle proloquitus es? an non os
mnia in pessimam partem uertit? Excusationes insa
miam, humiliationē hypocrisij, simplicitatē dolos, con

a 3

6 IO. OECOLAMPADII AD

stantiam pertinaciam, ueritatem mēdaciūm interprē
tatus est: inuisior factus es, quām ut te audiat.

At non deterrebunt me, quae praecesserunt. Adhuc
mihi de te meliora: & magis felicia pollicor: & nisi
aures uerbis meis obturaueris, & rem ipsam expen-
dere nolueris, cōfido te tandem, pœnitudine tante due-
steritatis ductum iri, & posthac me non solum nō con-
demnaturum, sed etiam quod coram deo hominibusq;
debēs, innocentiam meā excusaturum. Ostēdam enim
uolente deo, ad unum usq;, omnia quae siue ad literas, si
ue ad uitam attinent, & mihi improperantur, imme-
ritō objici. Non potest hoc fieri citra omnem tuam no-
tam, quod doleo. Necesse enim est, ut te & male dicum
& calumniatorem dicā, quo me à tam grauibus cri-
minibus liberem. Nolo tamen hoc malitię tuae impu-
tari. Arbitror autem te ab alijs incitatum, tanto impe-
tu, ut nec causam ipsam recte trutinaueris, nec mei ra-
tionē habueris: quibus magis succēso, quod te tanquam
organo sint abusi, ut in me effunderes, qcquid in te est
iratiū: & tu cū illis longe iustiorē expostulādi causam
habiturus es, ut & mihi, quē debes, candore restituas,
& illis quod meruerunt, reponas.

E quidē mitesco, pone etiam tu animū illum exaffe
ratū. In tali conflictu ferire coguntur saucijs, qui omni
no ferire noluerāt, ne toti pereāt. Innocētibus pro se
potissimum loqui fas est. Ego te in hac digladiatione
quālitātē soli

PYRK. RESPONSI^O POSTERIOR. 7

πάταχον non expectassem, & si quidem obuiaturis
aspersem, tibi percissem. At tu non armatior cete-
ris, sed senior occurristi, repulsus igitur placabilis
es, etiam si tui nominis reverentia minor habita est.
Tu sanè multo grauius percussisti, quām repercutsus
es, id quod liquidū, ac perspicuum erit omnibus, qui mea
aduersariorumq; scripta contulerint. Atq; hoc unum
impetrare uelim, id quod & tibi in responsione hac
tua posteriori, impendiō placet, quodq; manibus ob-
uijs incipio, ut apud æquum lectorē sit iudicium, uter
in insuctus egerit. Vnde & optarem à nemine meum
tuum'ue librum solum, sed ab omnibus, uel ambos, uel
neutrum legi, id quod hic liberum erit, uereor autem
in ciuitate tua minus. Atqui hoc, si mea & istic non le-
gentur, tue, si uictor es, gloriae multum præiudicabit:
Si ego innocens, ut sum in hac re innocentissimus, mi-
rum fuerit in urbe tam libera, innocentium partē mi-
nus fauoris assequi: si deniq; incerta uictoria, qui fit qd'
pars una magis grauatur, quām altera? Sed fortassis
gloriam tuam non tam magnifacent, ut ignominiam
meam apud se dilatari sinant tui, quam tamen magis
ex tuis libris diuulgant, quām ex meis.

At de lectoribus nō simus anxij, coalescat primum
animi nostri, & frustra zelabūt propter nos alijs: qd' si
¶ alijs qui docēdi prouinciam suscepere, probaretur,
iam plebi quoq; consultum esset,

Quæ igitur nobis inter se tam lōge dissidētibus, ut
apparet, ad pacē uia? Facilis pfecto, siquidē benigne
nos inuicē audierimus, & nihil minus q̄ sinistras ad-
miserimus suspiciones. Evidē nuper ad id enitebar,
ut quod te angebat, ex animo tuo adimerem, sed in-
cassum & infelicitē. Nūc iterum id ipsum attentabo,
faxit deus, ut gratiōra sint, quām quæ hactenus inter
nos sunt scripta: gratiōra autem erunt, si paulisper de
me sentire melius cōperis. Quod si fieri nequit, post
hac coram deo & angelis eius, innocens à tuis, tuo-
rumq; periculis ero, coramq; mundo ipso me excusa-
rim, quod afflictā in re ecclesiæ animulam audire de-
spexeris. Sed accommodabis spero aures, non auditua-
rus ueteratorem quempiam impium, uel hypocrita-
rum & sycophantarum principem, quibus tu me uer-
bis traduxisti, sed Christianum Christianè de rebus
Christianis loquentem, & suam innocentiam defen-
dere coactum.



Gitur mox rem ipsam aggrediar, &
principio causam firmabo, ne subinde
sicut antea, id quod tu facis, principiū
tibi petere uidear, audiēs meritō sua-
ue & tinnulum τὸν ἀντὸν γέφατο
ties occini. Deinde ea quæ hincinde ad irritandas res-
ponsiones meas tumultuario concessisti, ut breuius
potero

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

9

potero reuellam. Postremo tanquam Parerga, conuicia illa plurima quibus liber tuus refertissimus, ad uenum usque abstergam, & ab eis me alienissimum esse declarabo: sicq; placide per gratiā dei, ostendam tam tibi quam alijs, non solum quid sentiam, sed et quam indigna patiar.

In hoc cardo rei uersatur. Tu & quotquot tecum sentiunt, uerba illa magnae autoritatis, que Christus filius dei ac redemptor noster, in cœna protulit, uobis suffragari, & plane uos certos reddere assertis: ego autem inquam, ea meæ sententiæ prosum nihil aduersari, uel obesse. Intellectum enim uerborum à parte mea stare docere possum, quod quū possum adiuuante Christo, utiq; contra uos stabunt, que opitulature censebatis.

Ne uagemur in sacris literis incerti, interpretationum regule contempnende nō sunt. Assentiris ipse, uerba interdum propriam, interdum figuratā expōsitionē requirere. Hoc certū est, & disputatiōe nulla eget. Inquirendū nūc, quādo naturalē, et quando figurata postulat. Tradūt igitur loquutiones distingui in loquutiones rerū, et signorū, & eorū quæ res sunt et signa. Res uocant, quæ nō adhibentur ad signandum aliquid. Signa uero, quorum omnis uetus in significando est. Res & signa, quæ sic res sunt ut interim etiam aliarum rerum signa sint. In rebus hoc attendendum

4 5

quod sunt, non quod aliud præter seip[s]as significare possunt. Contrà, in signis, licet etiam ipsa res sint, nō est attendendū quod sunt, sed potius quod signa sunt et significant. Cauendū autē ne in exponēdis illis confusione[m] introducamus, et puerilē Sophistiken exercētes, ridiculi fiamus. Ut indignū est leonē uiuū dicere esse picturam leonis: ita etiam, si leonis picturā dices, res esse leonē uiuū. Sic quando Christus accipit testimoniū à patre dicēte, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitū est: blasphemia eſset, & diuino testimonio contrariū, interpretari cum esse figuram filij dei, consequens enim foret, esse & aliū, cuius is gereret figurā. At si personato alicui diceret etiam de cœlo deus, Hic est filius dei, stultum foret contendere, illum eſse uere filiū dei, quū ad representandū uerū filium dei introductus, cōprobetur. Nam quis uerbum dei omnipotēs sit, & nullo modo inefficax, quan do tamen de figura mentionē facit, tunc nō tribuit ei, ut sit quod figurat, sed ut illud sit quod uere significet. Debet hoc tā indubitatu[m] eſse, quām certū est triadēm esse numerum imparēm, ut ubi loquutio est de rebus, expositio figurata ne admittatur: ubi autē de signis, tanquam signis, expositio figurata agnoscatur tanq[ue] germana. Iam ex cōfesso est, sacramēta eſse res & signa, proinde & figurata requirent expositionē, & attendendū in eis quid significet, sub.cis enim res int̄ sensibiles

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

sensibiles nobis cōmendātur, aliae ab his quae signant.
Hedera res est, et in aperto rem absentē, uinū scilicet
uenale, ex hominū institutiōe annūciat. In sacramētis
aut̄ ad maxime sacra m̄. inducimur. Habet itaq; suā
morem, ut figuratam expositionē recipiat. Exempla
huius scriptura nobis suppeditat, quoties de illis ut sa-
cramētis loquitur. Et nōnūq; scriptura, ipsa exponit,
nōnunq; exponēda relinquit. Circūcisio sacramētis
est, et pfecto nō respiciēdū ē ad externā circūcisionē,
sed ad internā, qua fit pactū cum deo. Ad Col. 1. Per
quē circuncisi estis circuncisione: & exponit, quae fit
sine manibus, dum exuistis corpus peccatorum carnis
per circūcisionē. Et Gen. 17. manifeste uidemus, uoca-
ri fœdus, uel pactum, quū tantū sit signū pacti, dicit
enim: Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter
me & uos: sicut sp̄iritus sanctus ipse mox exponit, *hoc* est signū fœderis inter me & uos. Erat et agnus
paschalis sacramētū, accepitq; nomē rei quā signabat
& cuius memoriā refricabat, & quā pr̄figurabat.
Spirituales enī utrūq; cognoscebāt. Vnde dictus est,
uictima phase, uel etiā phase domini, hoc est trāitus,
quū nō esset ea uictima, sed eā uel repr̄äsentabat, uel
si Christum intelligebāt, pr̄edicebat. Erat sabbatum
sacramentum, & sanctificari pr̄cipitur, quia sabbatū
domini dei est, eo quod figuret & cōmonefaciat
requieci dominice. Sex diebus op̄aberis, & facies oīa
op̄eratua, septimo aut̄ die sabbatū domini dei tui es̄t.

Quid hic dicit, si simpliciter adhuceras litera, magis
ne tunc requiescebat deus die septimo, quam alijs sex
diebus? annon et die septimo operabatur? sed ita de
Sacramētis loquendi mos est, sicut mox subditur. Sex
diebus fecit deus cœlum et terrā, et mare, et omnia
quaे in eis sunt, et requieuit die septimo: quo perspi-
cue docet, sabbatum esse domini, quia memoriale est
quod dominus die septimo quieuerit, licet nunc idem
agat die septimo quod sex alijs. In noua etiam lege id
ipsum occurret. Externus sanè baptismus, non est de-
positio peccatorum, neq; crucifixio uel sepelitio uete-
ris Adæ, quam internus baptismus uere habet. Itaq;
nomine baptismi externi statim internorum et inuis-
sibilium admonemur, sic enim ad Rhom. 6. legimus:
An ignoratis fratres, qd' quicūq; baptizati sumus in
Christo Iesu, i morte ipsius baptizati sumus cōsepul-
ti enī sumus cū illo p baptismū in mortē: ut quēadmo-
dum Christus resurrexit ex mortuis p gloriam patris,
ita et nos in nouitate uitæ ambulemus. Vide quomo-
do cōsepultisimus, quia per baptismum significamur
consepulti. Et ad Col. 3. Consepulti et in baptismo.
¶ Pet. 3. Cuius figuræ nunc respondēs baptismus, nos
quoq; saluos reddit, quo nō carnis sordes abiiciuntur,
sed quo fit, ut bona cōscientia respōdeat apud deum.
Sic et ea quaे in 10. prioris ad Corinthios exponi uo-
lunt, Paulus enim referas mysteria, interpretatur pe-
trans

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

25

iram spiritualem: Petra autem erat Christus, hoc est
erat figura Christi. Et ubi unq; de sacramētis sermo
est, & explicantur, non conuenit eo modo loqui ut de
rebus, quæ ad signandum institutæ nō sunt. In summa,
de sacramentis, ut sacramentis loquendum est.

Quia autem & Eucharistiam sacramenitum esse
testatur catholica ecclesia, nec ullus unquam tam imo
pudens fuit, qui negare sit ausus: quare quū de ea scri-
ptura mentionem facit, nouam legem interpretandi
scripturā querimus, perinde ac nō est et sacramentū.
& ueremur panem uocare figuram, hoc est sacramen-
tum & sacrū signum corporis domini: quæ nos tenet
religio? quandiu ecclesia panem cōsecretatū uocabit sa-
cramentū corporis, tandiu scimus nos ecclesiae exposi-
tionem sequi. Bene custodiuit doctrinæ sinceritatem
tam idoneo uocabulo. Nō est clām, quid sacramentū
dicamus. Quis ignorat definitionem sacramenti? de-
cantatum est & apud pueros, Sacramentū esse rei sa-
crae signum. Quis nescit quid constituat sacramentū?
Frequentissimum in ore omnium est illud Augustini:
Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum.
Hæc quis negare poterit? Vnde aut̄ alij probare pote-
rint, elemētū sacramēti esse id quod signat, idq; substā-
tive? Quos solidos autores pro se habent? quo testimoniō
scripturæ se tutari poterunt? Accedit, inquit, uero-
bum ad elementum; non dicit, Accedit res signata ad

signum, uel rem signantem, & fit sacramentum: sed uerbum accedit, siue dum instituitur, siue dum celebratur ritus, fitq; uisibile uerbum. Quoniam autem uerbum utpote signum, non est res quam significat: neq; sacramentum, quod per uerbum est signum, et uisibile uerbum, non erit res quam significat. Et quam crassum esset opinari, nos quoties uerbum pronunciamus, pronunciare rem per illud significatam, nam sic fieremus creatores omnium honorum, & ipsius dei. Imo nec in ore Christi, uerbum quod pronunciabatur erat tale, sed etiam quum mentem suam ostendere uellet Christus, et diceret leproso, mundus esto: & c. eco, respice: & Lazaro, ueni foras: non erat in uerbo uis curativa (ut taceam de re significata) sed tantum significativa interni uerbi eius, & testis intus latentis diuinitatis. Testabatur enim uerbis exterius se eundem esse cum patre, qui coelum condidit, & terram fundauit, posseq; sua diuina uoluntate efficere quod uult. Nihil potestiae maiestatue Christi derogatur, sicut nec leprosus indigne loquebatur, dicens: Si uis, potes me mundare: imo exactior erat sermo eius, quam eius qui dicebat, Dic uerbo, & sanabitur puer meus. Ita etiam absurdum est, ut quoties rem aliquam ad significandum assimus, quia uerbo constituimus sacramentum, quod propter uerbum etiam rem significatam in sacramento esse faciamus. Hic necesse foret probare, quod deus uerbis

PYRK. RESPONSO - POSTERIOR.

uerbis eam uim indidisset, uel pronunciantibus uerba
tantam autoritatem concredidisset: sed hoc nemo un-
quam poterit probare, quod hanc suam gloriam, illi-
tam breuisono cōmendaret, uel hominibus impurissi-
mæ uitæ, qui fortassis ne uerba quidem, quæ loquuntur
intelligūt. Aut saltem hoc esset probandum, quod de-
us promissione pactum quoddam statuisset, ut quoties
uerba certa ministri pronunciarent, se corpore suo fu-
turum in pane, immo panem corpus suum futurum, sed
neq; hoc probare poterūt. In uerbis enim coenæ nus-
quam ea autoritas insinuat: & licet dicat, Hoc facio
te, nihil tamen aliud uolebat, quam, hunc ritu seruare
in mei memoriam. In ritu autem illo fit ex pane per
uerbum sacramentum, id quod & Christus ipse facie-
bat ad commendationem sue passionis. Obscurū erat
& tanquam ænigma, quā Christus panem in manus
acciperet, frangeret, distribueretq; edendum, et igno-
rabantur, quid significaret, ignoratumq; fuisse in per-
petuum, nisi exposuisset Christus, & uerbo fecisset sa-
cramentum, dicens: Hoc est corpus meum. quasi di-
cat: Ecce hoc est quod commendō uobis per panem
hunc: signum enim sacrum uobis erit corporis mei,
ut memores sitis, quanta uobis per illud exhibita
sunt beneficia. Quibus dictis apostoli utique satis
intelligere poterant, quid sibi per panis fractio-
nem & traditionem commendarat.

Non ausim expositionem talem ex capite meo finge-
re: sed quia constat consensu omnium sacramenta ibi
instituta esse, non est aliis sensus recipiendus, quam is
qui sacramentis congruus est, hoc est, ne loquamur qua-
si simpliciter de rebus esset sermo. Quod si facere-
mus, decesset sacramentum, & panis non significandi
officium accepisset, sed fieret substantiue corpus.

At si Christus docuisset his uerbis, quod ipse pa-
nis mirifica operatione fieret substantiue, & proprie-
corpus suum: induci poterant, & inducti fuissent disci-
puli pro ruditate sua in errorem multo absurdissimi-
nam si ita docuisset. Hoc, id est panis, est substantiue
hoc corpus meum quod pro uobis traditur: quid inde
didicissent, quam uel panem illum tradendum, & cru-
cifigendum, uel certe inuisibile, & phantasticum coro-
pus tormenta subiturum? Id quod solari potuisse eos,
qui inuiuis à carne sensibili Christi separabatur. Cer-
te corpus in pane, si constaret opinio tua, non fuisset
sensibile, neq; palpabile. Reor etiam non potuisse di-
scipulos tunc suspicari idem corpus simul esse inuisibi-
le & uisibile. Neq; fuissent hæc discipulis aperta uer-
ba, sed plus obscuritatis habuissent, quam ulla alia.
Quid enim obscurius propositione, in qua uel ambo,
uel alterum extreum penitus incognitum? Manife-
stior sermo fuisset, Panis est deus: nā licet quid deus sit
definire nequeamus: non ignoramus tamen omnino,
quid

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

17.

quid per deum significetur. Quomodo autem hi qui a sensibus aliter edocti erant, cogitare poterant, idem corpus esse quod dimensionibus alibi circumscriberetur, alibi non circumscriberetur, quod inuisibile et uisibile, quod tantū & non tantum, quod tale & nō tale, quod signum & signatum. Minime autem obscurum, & perquām facile erat figuratum sermonem capere, præsternim in ipsorum idiomate, & posteaquam eus esset agnus paschalis, de quo dicebatur: Hic est phasē domini: consimili figura loquendi.

Frustra igitur toties inculcatur, totiesq; repetitur, plana esse uerba, & ad tuum scilicet intellectum nulla expositione indigere: sed ex dictis liquet, quām sint tēbi, tuisq; obscura. Et gloriatur hic quidam, ea etiam cuius puerō esse perspicua: Nam si quis det puerō panem, & dicat ei: Accipe, hoc est panis: quid clarius posset dici? Sed iste non attendit, quantū inter hūc & nostrū sermonē, de quo nūc agimus, dislet. Pueri scīunt quid sit panis, apostoli ignorant, quod illud corpus in uisibile tradēdū. Etsi mihi quis dicat, panis est trage mixtus cum lachrymis laphus, ignoraremq; quid esset Latinis tragedaphus, utiq; obscurus mihi esset sermo: & quomodo de insensibili corpore plus cognoscerent apostoli? Fræterea Christus hic nō simpliciter loquitus est, ut ille puerō, Hoc est panis, quod perspicuum fuisset: sed, hoc est corpus meū, quod obscuritate, in tuo sensu, nō caruiisset: nē

b

stet uigilista antea dixisset, Accepit corpus impanatum
uel panem cum corpore, tunc enim coegeret exemplum:
sed simpliciter panis mentione facit, ut et panis sit, et
ut significare corpus possit, uerbum accipiat.

Hinc liquet, duo hominum genera sacramentum hoc immo-
pugnare, alij auferunt ei quod habet, alij tribuunt quo dicitur non
habet. Sophistae docentes transubstantiationem, materia
panis auferentes, panem non sinunt esse panem: noui autem illi
doctores pani tribuunt, quod sit substantia corpus Christi. Illi a sacramento auferunt elemetum, hi autem ele-
mento praeter uerbum plus aliquid, nempe id quod per
uerbum significatur, superaddunt.

Porro ne naturali expositione admitteres, sed figura
ratam obuijs manibus exciperes, admoneri te oportebat
ab ipsis fidei regulis, intra quarum septa cohiberi
nos decet, ne quippiam afferamus, quod illis ullo modo de-
roget: fieri enim non potest, si eas neglexerimus, absur-
da multa non sequi, que non modo cum sensu, sed et
cum scripturis ipsis pugnant.

Regula fidei habet, Verbum semel incarnatum esse, nul-
laque alia materia, uel creatura, etiam angelica ab eo as-
sumpta in unionem suppositi: quod si panis substantialiter
sibi unit, ita ut panis sit substantia corpus, quod eti-
am papistis ipsis intolerabile uidetur, iam in uno sup-
posito erit: erit enim panis ipsum corpus. Hic multa
alia absurdia sequentur, neque quod relinqit semel assumptum
et quod panis materia beatior sit carne uirginis Mariæ

PYRK. RESPONSI^O POSTERIOR. 19
et omnium sanctorū. Quomodo igitur audebimus Est
substantiue exponere?

Regula fidei est, Christū in carne, humilitatis sue
ministerio perfunctū esse, quū diceret, Cōsummātū est:
¶ in manus patris traderet spiritū, ac expiraret. Iam
panē fieri corpus Christi substantiue, humilitatē idicat.
Et quū nobis eodē modo sit in pane, sicut apostolis tra-
ditū uolūt, mortale corpus ibi adesse afferimus: nōdū
enim corpus Christi glorificatum erat, quūl apostolis
traderetur: atq; adeò iā Christū secundū carnē haud
noſe oportet, iā enim per cā ad ueritatē ac uitā uia fa-
cta est. Memoria beneficij per carnē ex animo ablegā-
da non est, sed caro in ministerium nosīrum non reuo-
canda, ut nouo nobis usui sit, alioqui euacuaretur im-
mensum meritum crucis.

Friuolū autē est quod tu obiçis, dices: Euacuatū est
ergo scandalū crucis? nam in capite Christo utiq; eu-
cuatū est, dedit enim ei deus pater nomen, quod est su-
per omne nomē, exaltauitq; eū super omnia. Nisi eu-
cuatū esset scandalū crucis in Christo, nō resurrexis-
set, neq; federet ad dexteram patris. Ceterum in cor-
pore eius mystico, ¶ in membris, neutiquam euacua-
tum esse, pij omnes experiuntur. Sunt qui generis no-
stri obscuritate, tenuitate rei familiaris, eloquentiae im-
peritia, proscriptionibus, carceribus, persequitioni-
busq; offendūtur: Crucifixus enim est mūdus ille pijs.
¶ ipsi mūdo. Quomodo autē naturali corpori Christo

sti tribuerim, ut sub panis materia nobis sic scruiat?

Regula fidei est, quod Christus corpus suum levarit
in cœlū, unde ad iudicium uenturus est. Quomodo igitur
autem corpus illud sanctissimum, alio in loco quære
re, siue uisibile, siue inuisibile dicas? Nonne his ratio
nibus obturari os nostrum debuerat, ut à tam crassa ex
positione discederet, & eam requireret, quæ & spon
te obvia est, & regulis fidei se non opponit?

Palam est, quantū laboretis, & quam nulla pro
sunt hic effugia, nam scripturis nullis suffulta sunt. Un
de enim sumitis glossam illam de corpore inuisibilis
Quō ueritatē corporis sic asseretis? sed de his postea.

Quærimus à uobis utilitatē præsentiae carnis, &
nihil dignū Fide respōdetis, nec potestis: nequit enim
fallere quod dominus inquit: Caro nihil proficit, nimi
rum in esu carnali. Et: Nisi ego abiero, paracletus nō
ueniet. Carnis etiā ut deitati unita, inuisibilis, præsen
tianō esset nobis tam infirmis profutura, quanto mi
nus inuisibilis, ut solatiū requirere nō desinetibus pro
futura est? et si nō profutura, quomodo ergo pasturæ
Putamus autem deū charitatē suā præsentia carnis filii
sui, circa ullam nostrā cōmoditatē uoluisse testari?

Equidē qualitercūq; rationes aduersariorā ex pen
do, nō video aliter, quam quod animas solatio suo frui
dant, quicquid dixerint. Animabus enim nostris cor
pus Christi non est cibus, nisi quatenus uel nostrarum
afflictionum est particeps, uel seruat gloriam, in qua

illi configurari speramus. Adesse autem carnë Christi, suis fidelibus haud dubium, modo prout par est, maxime cōducibili, ut faciat præsentie sue capaces. Quo modo enim hoc de ipso non speraremus? Quibus autem modis animam pascere potest corpus Christi? Non in uenio aliter, quam ut uel passiones nostras tulit, uel ut gloriam, in quam peruenturos nos speramus, seruat. Hic autem neutrum congruet.

Corpus non est tunc cibis animæ, quando præsens est, siue uisibile, siue inuisibile, in uicino loco, sed quando animus, eius dignitatem, uel puritatē, uel utilitatē considerans, in eo oblectatur, gaudium, & solatiū habet. Puerile est aliā mandationē putare interni hominis, quam gaudiū ac delectationē in re quapiā. Nam ad tales uoluptates anima nō requirit, ut corpus quod amat, uicinū sit, inq; loco corporis suo propinquo, maxime si sit insensibile. Nā ducat anima fidelis, quæ hic super terrā, corpus Christi, qd' est in cœlo: quia deliciatur, cogitās, corpus istud à tā nobili rectū anima, & à nobilissima assumptū deitate, quæ uerbū est: & quod piū cor nō probaret illud ob puritatē, et cādorē? qd' ab omni labe et macula alienū est, & in tāta charitate dei nobis seruire iussum est, tot tātaq; passum est, mortuūq; ac sepultū, nostras infirmitates, nostros languores, nostra peccata tulit. Aut qui fieret, ut illud minus animā pasceret? etiā absentissimū, præsentissimum est

spiritui, maxime quū sciamus nostrū esse, nobis q; diu
uino munere datū. Et ita pascit, ut corpus, quod passio
nibus propter nos erat obnoxii. Iā aut̄ gloriosum nō
minus pascit, et gratū est. Nobis enim gloriosum est,
nobis resurrexit, ut et resurrectionē nostrā sperare li
ceret: nobis ascēdit in cōlos, ut et nos illic corporibus
nostris præparatas sciremus māsiones. Taliā nos cre
dere, et experiri, neq; Aristoteles, neq; caro et san
guis, neq; ratio nostra docuerūt, sed is qui pāne uiuū,
et cōeleste māna humano generi cōelitus emisit. Quid
aut̄ oro cōmune nobis cū corpore sic in pane delitesce
te? nū nobis illic aliqd habet, quo nos soletur nō est no
strarū afflictionū capax, nō est nobis illic gloriosum.
Nullū tam uile, tā abic etum corpusculū, quod minori
bus corporis dotibus sit conspicuū: Corpus enim sine
dimensionibus, actionumq;, et passionum expers, uero
re corpus dici non potest.

Respondent, Hec ineffabili modo fieri. Si huius re
ponsi moneta contenti essent aduersarij mei, statim
omnibus satis facerem.

Porrò tu pulchrā utilitatē cōmemoras fidei præsen
tiæ corporis, fidē ipsam, dicēs: Si quis hic aliā utilita
tē preter fidē querere uoluerit, prius aliā nobis utili
tate incarnationis et mortis Christi explicit necesse
est, quā deus tamē sine innocētis filij nece humano ge
neri manifestā reddere potuisset. Hæc tu dicis. Scimus
quidē ignomas mias deo patuisse redimēdi humanū

genus

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. 23

genus, sed dic tu aliā, quā se magis nobis cōmēdare potuisset, q̄ dando filiū? Quomodo frater noster à nobis dici posset, si nō et carnē et sanguinē nostrū in ipso agnosceremus? Quae maior charitas, q̄ pro nobis tatiū Christū crucis mortē ferre? Habet hic animus innumerā, in quibus se se oblectet. Velle aut̄ dilucidiora esse uerba tua: ideo ne credā adesse Christū, ut credā adesse, ut sit illa fides præmiū fidei: uel ideo ne credā adesse Christū (de corpore Christi in pane loquimur) ut instructior sim postea ad alia credenda? Quae mihi ratio nō displiceret, siquidē id præsentia carnis credere cuipiā cōferret: sed quū ueræ fidei incredibile sit, quod proponitur, quomō ad alia credēda promouebit? Qui experti sunt semel promittentē sibi seruasse fidē, iā ilī ad credendū in multo maioribus faciliores sunt. Res aut̄ hic omni experientia caret. Absit ut in alijs fides nō procedat melius. Si nō magis meā cōfortaret fidē, deū cōdidisse cœlū et terrā, quā carnē Christi impanata, uererer de salute mea actū esse. Verū et de alijs hoc uideamus: Ideo ne credā Christū crucifixū, ut credā crucifixū, uel ut inde adducar ad credendū resurrexisse? Quis ita unquā persuasit? Credā ne resurrexisse, ut credā resurrexisse? uel ut per resurrectiōis fidē credā scēdisse? Quis ita fidei utilitatē explanauit unq? Credo crucifixum, ideo q̄a nos redemit, ut et nos crucifigamus hominem ueterem; credo resurrexisse Christum, quia hoc honore dignus est, et nos per cun-

resurrecturi sumus. Credo omnipotētem deum, quia
deum solum talis decet honor; & in summa, que cun-
que uere credit animē fideles, arrident illis ut uirtus,
& sapientia, ac bonitas dei.

Si dixeris: Crede adesse carnē Christi, ut animā
tuā pascat. Respōdeo conscientia bene secura: Chri-
stus magis me pascit, quod corpus suū leuauit in cœlū,
quām quod recondit in panē. Si dixeris: Crede quod
Christus hac sua presentia, & carnali mandatione
dimissurus sit tibi peccata tua. Refragabitur constan-
ter cor meum, & confitebitur, per sacrificiū corporis
Christi in cruce mortui peccata sibi dimissa. Si dixe-
ris: Crede, quia in sacramento dispensabit tibi meritā
sua. Neq; hoc simpliciter recipio. Vbi enim mihi data
est promissio, quod si credidero panem esse substātue
corpus, dispensatū iri mihi meritā mortis eius: Id aut̄
persuasum est, tunc mihi dispēsari fructus meriti Chri-
sti, si credidero uerbum fidei, quod mundat corda, &
saluat animas nostras, nempe Christum in cruce pro-
pter immensam charitatē, pro peccatis meis patri se-
cisse satis: si hoc inquam credidero, siue per predicati-
onem concionantis, siue per uisibile sacramenti signū
admoncar. Si deniq; dixeris: Sed hic tibi annūciatur
te esse participē. Hoc libens recipiens, nam agnoscō tā
uerbum, quām sacramentū fidei meae signa, & uelut
euangelio auditō exhilaror.

sic

PYRK. RESPON SIO POSTERIOR. 25

Sic & aqua baptismi (q[ue] et hoc tibi explicari uis) inuisibiles nostras fordes significare mysterio abluit: id quod diserte Augustinus tract. 80. super Ioan. tra dit, dicens: Vnde ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente uerbo? Et si quæras, quomodo hoc uerbum præstare posse. Respondet, nō quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso uerbo aliud est sonus transiens, aliud uirtus manens. Ulta, in quo uerbo uirtus sit, & quo consecretur baptismus: utiq; non in illo, quod aqua sit substantiae aqua uiua, hoc est spiritus sanctus, quæ anima abluit, refrigerat, uiuificat, ac fecundat. Vnde dicit: Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus, ait Apostolus: quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Sic sanctificauit & mundauit deus ecclesiam suam lauacro aque in uerbo. Vnde munatio nequaquam fluxo & labili tribueretur elemen to, nisi adderetur in uerbo: Mundi enim erimus per uerbum, quod loquitus est nobis.

Sic igitur & in hoc sacramento, si mihi amplum illud redemptionis beneficium annuntiatur, satis lauto cōuiuio refocillor: sed nō itē, si corpus in pane dicas.

Facile est dicere, firmiter adhæreo uerbis Christi, facile etiam est his non intellectis uana opinione duci.

Vtinam omnes qui de fide gloriantur, fidem suam bene disuterent. Non enim cōfestim quis uere credit, sē scripturis non recte intellectis adhaeret, & humanas coniecturas fugit: nam talis potius stupet, & illuditur, uel, ut minus dicam, opinatur, quām credit. Haec est enim uera fides suauem quandam degustationem eorum que credimus, quam ἡλεγχοπ εὐτόσασι. Apostolus uocat: quae tantæ energie est, ut si liberum foret contrarium credere, totusq; mundus assentiatur contrario, facit, ut malis hoc etiam pugnante toto mūdo, etiam cum periculo uite credere, quām diuersum. Adeoq; uerisimilia sunt credenti omnia, apparetq; quod impossibile, & indignum, ac inutile sit, aliter ea se habere. Multos audiuimus his temporibus, acerrime nos oppugnantes, in re eucharistiae, qui ingenuè tentur, si per ecclesiam licaret, nō dico quam, malle se nobiscum sentire, multoq; probabilius esse, quod nos dicimus. An non illos hypocritas quis iure dixerit? Fictam fidem Ecclesie nomine palliant, que fictam hanc fidem probat minime. Satis se produnt, quod uerbis domini haud satis fidunt, in sensum ipsorū dīcta esse. Ne tu me per arrogantiā dixisse putas, quod loquor, neq; enim propterea iustificatus fuero. Experitur unusquisq; fidelium in se, uerū esse quod dico. Nō est articulus fidei illus, quē nō malim amplecti, quām contrariū eius, si uel maxime mihi liberum foret: nec uides

PYRK. RESPONSI^O POSTERIOR. 27

video quo pacto in diuersam sententiā trahi possit cor
meū, nō quod ullis rationibus perscrutari possim, quo
pacto talia facta sunt, aut fiant, aut fieri possūt: sed in
uat animū, tantā dei bonitatē, tantāq; dignitatē eius
in omnibus uidere. Cæterū si uerba coenæ iuxta sensū
uestrū interpretari uoluero, ut uerū fatetur, gustū illū
suauem nō reperio: & propterea nō ausim dicere qđ
credā, cogorq; fateri fidē, quā olim iactabā, in qua &
uos estis, nullā fuisse & fallacē. Et tibi sanē, si uere deo
gustasti (id qđ haud crediderim) dulcedinē, quā tāto
zelo uindicas, nō in video: hoc aut̄ scio, q; ij qui ea que
uere fideles reddūt, delibauere, erga eos quibus tanta
felicitas nondū contigit, ualde faciles sunt, modo illos
charitatis rationem habere cognoscant.

Hoc autē uult nemo, cui charitas curae est, ut pre-
scribatur articulus fidei, cuius oppositus mentem uer-
borū Christi inspicienti, & ad reliquos articulos re-
ceptissimos conferenti, longe probabilior. Erant &
olim religiosae mentes, erat & superbae, quae in ipsam
petram fidei impingebat, & illæ aduersus has artick-
lum hunc à scriptura non colligebant, & hæ non au-
debant ultra mutire, quum tam perspicuū fieret, my-
sterij rationem in uerbis Christi explicatam. Hodie
autem qualis fides, talis & charitas: & qualis chari-
tas, ita benigne proximos tractamus ontra importan-
tia iniungentes.

Verum hinc ad alia transeamus, audituri quid nobis obiectatur aduersus genuinam uerborum Christi expositionem. Cessare autem deberent aduersarii ab his quos maxime iactant uocibus, nos esse qui coenam, coenæq; auferamus usum, tantum putamina paleasq; relinquentes, ut sunt festiui uiri, & iucundi somnabibus. Et tu quoq; subinde conquereris, quasi thesaurū surripere conemur. Et quid, obsecro, auferimus quod Christus affuturū promisit? Corpus sanè suum in cœlos transtulit, memoriam aut in uerbis signisq; reliquit, per quā pius animus præsentia corporis & sanguinis nequaquam fraudatur. Adeſt enim illi, quicquid eius contemplationem nō effugit. Nullam iacturam facit, quandiu māducatio spiritualis salua manet. Vilescere eis uidetur coena, si panis nō sit substantiue corpus, & caro proponatur. Recte autem vilesceret, si panis & uinum non essent sacramēta corporis & sanguinis Christi, sanctorumq; promissionum & beneficiorum non commonescerent. Vtrum aut maius est & efficacius, esse præsens corpus, uel adesse cōmemorationem corporis? Utique commemoratio illa fidelis, multo preciosior est nobis ac utilior, quam caro hoc modo, ut ipsi aiunt, præsens. Nihil enim nunc efficit caro, quod nō etiam ipsa memoria à spiritu sancto excitata confert. Quomodo igitur conqueruntur surripit thesaurum? Præsentem gratiam Christi fatemur,

que

que in fidelibus uere mira & suauia operatur. Qui autem Christum non auferimus a cordibus piorum, quare obiurgamur quasi sola putamina reliquamus? Dicant potius uel unam prætermissam utilitatē, quā uere illic esse scripturæ tradunt.

At tu non raro obijcis spiritualia illa omnia posse constare, utpote cōmemorationem, gratiarum actio[n]em, pacem, charitatem, ac concordiam, etiam symbolis non adhibitis, & sic non multum referre, etiamsi raphanum edamus, nisi panis fiat sanctū illud corpus. Verum, Christo, ecclesiæq[ue] eius non est ita uisum. Augustinus sanè contra Faustum lib. 19. cap. 11. inquit: In nullū aut nomē religionis, seu uerū, seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculoru[m], seu sacramentorum uisibiliū confortio colligatur, quorum sacramentorum uis incenarrabiliter ualeat plurimum, & ideo contempta sacrilegos facit. Impie quippe contemnitur, sine qua nō potest perfici pietas. Vides hinc symbolis & sacramentis uisibilibus opus esse, quorū tu in signando uim tam paruifacere uideris, nisi assit caro Christi, quū per hæc uere mira agat deus in cordibus. Debebas profecto hoc uel ex Cypriani uerbis animaduertisse, & ex usu ecclesiæ, qui hoc sacramentum pacis, concordiae, cōmunicationis & cōuocatiōne uocat. Videmus quantum amicitiae nonnunquam conseruetur in rebus prophanis, ex munusculis, que licet in

se sint parui precij, indicia tamen sunt amantium ani-
morum tam dantium, quam recipientium. Quis mihi
dicet, quænam fratrum sit fides, nisi quod in pignore
cõtestentur? Non quero autem, qui credant quod pa-
nis substatiue sit corpus, sed curæ est, qui gratias agat
& memores se redemptos à Christo, seq; mēbra Chri-
sti uera testentur, posthac innocenter, & in charitate
proximi, ac pace iuncturi. Hæc contestatio ecclesie ne-
cessaria est, non solum ut congregetur, & nō sit sicut
oues hinc inde dispersæ, quarū nulla aliam cognoscit,
tanquam sub unum pastorem pertinentem, sed etiam
ut qui sordidi, ac contagiosi, ab alijs eiscentur. Qui
autē sacramenta temere contemnūt, contemnūt utiq;
& summa illa quæ per ea cōmēdātur, iuxta illud Pau-
li: Qui ederit de pane hoc, et biberit de calice indigne-
reus erit corporis & sanguinis domini. Igitur utilita-
tem maximā coenæ, quæ est in publica gratiarū actio-
ne, & annūciatiōe Christi, cū syncera cōfederatione
in amore Christi seruatā, quia cupimus, frustra nobis
opprobriatur, amitti thesaurū. Ipsi uero iniurijs sunt,
qui tam sacra symbola sic prophanant.

Neq; in hoc nouū aliquid afferimus, tametsi nō ab
omnibus sic expensum. Vrges autē tu in multis locis,
quod ne unus quidem approbatus autor inueniatur,
qui præsentiam Christi in eucharistia neget. Animad-
ueri & ego, magnum esse consensum autorum, ut pa-

nem

PTRK. RESPONSO POSTERIOR. 31

uem dominicum, uocent Corpus dominicum: sed illi ipsi mox appellare idem corpus solent sacramentum vel mysterium corporis, ut bene intelligere quiuis possit, quid per corpus significarint. Sanè et ego nolim audire communi pane me pastum, & ut irrisores aut, raphani portiūcula. Qui enim sic de sacramētis contemptim loquuntur, sacrilegi censendi sunt. Nam quum respiciendum in id quod signat, ī rem preciosissimam penitus sustollūt. Et quis bonus Christianus est, si per contemptum audiat se dici tinctum, & non malit dici baptizatus? quamvis idem denotent uerba tingi & baptizari, sed quia per tinctum fallacem intelligimus, & sacramentum spernentem: per baptizatum autē, cum qui legitime baptizatus sit, malumus appellari baptizati, quām tincti. Id & in eucharistiā cōtingit. Quotusquisq; enim tam patientis stomachi est, ut uelit Iudæ proditori similis haberi, qui pane ad pascendū uentrem cōtentus: eum aut qui per illum signabatur, panē coelestem, non solū neglexit, sed etiā triginta argenteis uenūdedit? adeo illi nulla ueritas cōne. Ita si dicamus, nos panē tantū comedisse, qd aliud agimus, q quod prodimus nostrā erga sacramēta dei irreuerentiā, nō multo meliores Iuda? Proinde solemus loqui: Esurisumus corpus dominicū, et cōmādu camus corpus domini. Vnde non est mirū, si ita de sacramēto loquuti sunt, et nos etiā hodie loquamur. Legis apud Eusebium, Parum eucharistia: & quomodo

illud nomen congrueret dominico corpori?

Constat regula Augustini ad Bonifacium, Sacra-
menta rerum; uocabulis carum rerum, quarum simili-
tudines gerunt, appellari. Quem locum, sicut ceteros
qui pro nobis faciūt, nondū dissoluisti, neq; dissolues.
Similiter etiam quæ ex tertio de doctrina Christiana
citata sunt, huic proposito conducunt, neq; à me torta
sunt, ut insimulas. Vnlt autem eo loco, non accipien-
da signa pro rebus, quæ ipsis significantur, quomodo-
cunq; interim appellantur: id quod hi maxime faciūt,
qui sacramentum esse rem sacramenti, signumq; esse
signatum substantialiter afferunt. Valde culpatur Pa-
ganus, utpote crassus, & in medijs ambulās tenebris,
qui in statua Mercurij, Mercurium, tanquam anima
eius insideat in illa, ueneratur. Nec excusat, si cum
philosophis exponat esse statuam Mercurio sacram,
& nihilominus inutile signum colat. Iudax tanquā
seruus, & in umbra ambulans censemur, qui sua etiam
utilia signa impensius obseruabat. At Christianum
ab hac seruitute liberum esse conuenit, & quum per-
cipit sacramentum, imbutus statim quò referendū sit,
agnoscat, ut ea non carnali seruitute, sed spirituali li-
bertate ueneretur. Iam si corpus & animam Christi
inpanari dixerimus (uerbo non peccatur) nonne ad
crassissimas gētilitatis tenebras recuocabimus? Absit.
Impertinens igitur glossema est, mane nugamentū,
quod

quod dum nominatim recenset baptismum, & celebra-
tionē corporis, ea illic excipi, quasi libertas sit, si
afferamus panem esse substantię corpus, quū potius
illic sit argumentū à maiore. Crassus Iudæus uel Pa-
ganus, non debet in signo arbitrari signatū inclusum
uel unitum, id quod seruitutem & mortem animæ in-
dicaret: multo igitur minus Christianū sic seruīlis, &
tam inexcitatę mentis esse decet. Profecto si ego us-
pam tam inepte ullum tractassem doctorū, haud mi-
rarer, si etiam longe se uior in me insurrexiſſes.

Quando igitur & quoties petis, qui nam ex do-
ctoribus uel ecclesia, nobiscum sentiant: Responsū
sto, Augustinū, & omnes quotquot scipsoſ loquen-
tes intellexerūt, quid uocabulo sacramēti dicatur, ade-
de & eos qui uel signū, uel figurā, uel antitypon uo-
cant, nō ſolū non abhorre à noſtra ſententia, ſed &
cōprobare. Et tu quoque fateris signū & signatū eſe
diuersa, & interim aures nobis negas beneuolas, ſi
Eucharistiā figurā appellemus: quod ſi indigne agi-
mus, taxa ſemel omnem Ecclesiā, que Eucharistiā ſa-
crumentum appellat. Dicis autem hiſ uerbis: Quod
uero eucharistiā ſolum fit ſignum, exemplar, uel anti-
typon, & non uerum etiam corpus, ac uerus Christi
ſanguis, non ſolum ut ſemper nego, ſed & pernego,
etiamſi ipſe millies eandem occinat cantilenā. Etenim
ſi ſignum erit ſolum, uel figura, nondū eluxit ueritas;

sed adhuc oberramus in tenebris: necesse igitur erit,
ut tandem aliquādo figura uerificetur, ac reuertatur
Christus, iterumq; crucifigatur. Quid ad me, quid
ipse uocet signū & figuram? quū planè constet signū
& rem signatam esse diuersa: figurās uero appellari
quæ Christi figurarunt aduentum, passionem, & reli
quam eius gloriā. Hæc tua uerba sunt, quæ planè con
tentiosum & indocile in rebus pījs ingenii declarat,
sī sic pertinaciam custodire studueris. Negare nō po
tes, Eucharistiam eſſe sacramentum, ergo negare non
potes eſſe signum: Locus est à definitione. Deinde cō
fessus es, signum & signatum eſſe diuersa: nō poteris
igitur elabi, panē, qui est eucharistia, & ob hoc sacra
mentū & signū, eſſe diuersū ab eo quod signat, & ita
non eſſe substantiue uerū corpus & uerum sanguinē.
Quid nunc ad me, si perpetuò uictū te neges: quæ cō
cessisti, & cōcedere cogeris, ea te redarguunt nō pro
pterea uictorē, licet in æternū reclames. Et quod meo
tuis, si eucharistia eſſet solū signum, nondū eluxisse ue
ritatē, et adhuc nos oberrare in tenebris, Christumq;
adhuc crucifendum: figurās enim appellari ea quæ
aduentū Christi p̄cesserunt. Voluntariū metum ha
bes, & singis nō metuenda pericula: scis enim quid di
cam signum, uel figurā, & fateris nō curare sermonē
meum, quasi ego solus ita loquar: uis igitur sponte er
rare, & in tenebris uersari. Quid igitur frustrafati
gor?

PYRK. RESPONSI^O POSTERIOR. 37

gor? An nō satius erat, tam cōtentiosum sibi ipsi relin-
quere, q̄ ueritatē opera dedita ignorare studet? Verū
int̄ēpestiuā hora, ut aiūt in prouerbio, illa scrips̄eris.
Ego ostendā exēplo, uel pueris noto. Rex si dederit
monumētū liberalitatis suae, ut puta nummū quendā
ministris, quis sic argumentabitur: Rex dedit signū lē-
beralitatis suae, memoriale enim signum est, ergo nō
dū natus, uel coronatus est? Nemo utiq; sic ineptiet.
At tu quir audes ita inferre, quod nondū illuxerit ue-
ritas, quum hoc sit signum quod ueritas illuxerit? Ita
Bilibalde repelle manibus et pedibus distinctiōes, ut
autoritatē tuā etiā prostituas omnibus cōtemnendā.

Neq; succensere tibi deboeo meo nomine, potuisses
item ab August. erudiri, dicente: Huius sacrificij cas-
ro & sanguis ante aduentū Christi per uictimas simi-
litudinū promittebatur, in passione Christi per ipsā
ueritatem reddebatur, post ascensum Christi per sa-
cramentum memoriae celebratur. Ibi subdis: Quis
tam stupidus est, qui n̄ uideat Aureliū hic differentiā
facere inter figurās quae præcesserūt Christi aduētū,
& eas quae sequunt̄ sunt, nisi uitulorū cruore precios-
issimo Christi sanguini equiparare uoluerit? Nā quā
tū h̄ec inter se distāt, tantū etiā figurāe à refiguratae
quū ibi similitudo tantū sit ostēsa, hic autem ueritas
ipsa repræsentata & expressa. Omitto hic conuic-
tua, sed respondeo. Si Bilibaldus mentem illorum

IO. OE COLAMPADII AD

uerborū Augustini cognouisset, duplice respectum figurarum ueteris testamēti, nō dixisset Sophisticans distinctionē ē capitīs mei uertigine confitā. Vidiſſet inquam figurās ueteris legis referri ad Christum in passione, uelut umbras ad ueritatem, & ad nostras ceremonias, quas uocat sacramentum memoriae, hoc est, ad cōmemorationem figurarū impletarū institutas, uelut respondentēs figurās, & sacramenta ad sacramenta. Vidiſſet in passione Christi ueritatem impleri, in sacramentis autem cōmemorari, & cum gratiarū actione impletum annunciarī. At si tibi consultum uolueris Bilibalde, discas de sacramentis, quemadmodū par est, loqui, & cognosces, quod uerba Christi proprie & ad genuinum sensum interpretatus sim, neque illa torserim.



Mmoratus hucusq; sum in uerbis dominicis, & sufficienter ostendi figurā tam expositionem in illis obseruandam, modis q; omnibus explodendū rigorē. Eſſetq; satis respōnsum, etiā ſe uerbulū quidem ultra, ad reliquas nugas & conuicia diluēda adiūcerē: quæ ut omni ueritatis robore carent, ita ijs qui iudicij equitate uel mediocri sunt præditi, non imponent. Si enim cognoscere uolunt, ut debent, sinceriter me in uerbis Christi uersatum, & ea interpretando nō adulterasse, intelligent utiq; me & doctorum

doctorū sententias, coniecturasq; & inconuenientia,
 absq; omnibus dolis ac technis adhibuisse. Esto autem in
 illis potuerim errare, hallucinatus esse, & decipi, id
 quod est à te, & ab aduersarijs omnibus nō dū edoctū est:
 minime tamen dolosus, uel mēdax depravator depre
 hendor, sed aperte, & candide, ut ad ueritatem manife
 standam maxime conueniebat, incedens, pīj lectoris
 utilitati consulere studui. Veruntamen malo hoc secu
 lo, quo linguis impudentibus nihil nō permittitur, ad
 innocētiā meā ostendendā, haud superuacanē fuerit,
 etiam de his uel perfunctorie loqui, frustra te ad deni
 grandū nomen meū, & carpenda omnia penē uerba
 mea laborasse. Anteq; autem ad convicia ueniam, ea que
 speciem candoris in scriptis tuis, ad improbandam re
 sponsionem priorem prae se ferunt, uana & friuola, fa
 cataq; esse ostendam.

Patrocinaris primum Lombardo, uel eius libri co
 sarcinatori, quod Augustini dictum dextre tractarit,
 dicentis: Corpus Christi in quo resurrexit, in uno lo
 co esse oportet, ueritas autem eius ubique diffusa est.
 Et taxas me, quod ego ipse mutillum adduxerim te
 stimonium. Esse enim hæc uerba Augustini: Corpus
 in ea forma, qua apparuit sanctis qui in cœlo sunt, in
 uno loco esse oportet: & sic ea te in Decretis legiſe
 feris. Præterea obijcis locū istum nō esse in epistola
 ad Dardanū, debuisseq; me ostendere, unde nam me

tuatus sit. Hæc leuicula uideri debuissent, sed quo mā
gis in talibus me premere frustra conaris, tāto ampli
us autoritati tue in maioribus derogas. Quāti enim
momēti est, quod liber Decretorum tuus sic habet, ut
dicas, nunquid propterea recte Augustinū citasti? Lē
bri aut̄ mei secus habent, ijsq; uerbis quibus citaui. Lē
bri Sententiarū scriptis Scotti adiuncti, & Venetijs
impressi, anno domini 1506. & liber Decretorū im
pressus Basileæ excusus anno domini 1512. eundē quē
ego legi tenorem habent: nescio quid tu legeris, tuus
enim liber mendosus conuincitur. Debebas tu, qui er
ratum meū ostendere uolebas, certiora proferre, &
ipsius autoris uerba subscribere: sed prudēter, si illum
legisti, id quod non credo, omittis: nihil enim sententiæ
tue astipulātur. Et quia omnino urges, ecce ostendā:
Lege homiliā trigesimā sup Ioan. & reperies. Sic aut̄
legimus: Quod enim preciosum sonabat de ore domi
ni, & propter nos scriptū est, et nobis seruatū est, &
nobis recitatur, & propter posteros recitatitur, &
donec seculū finiatur. Sursū est dominus, sed etiā hic
est, ueritas dominus. Corpus enī domini, in quo resur
rexit, uno loco esse potest (alius legit, oportet) uerio
tas eius ubiq; diffusa est, dominū ergo audiamus. Ha
bes locū, quē uoluisti cōtrate pro me produci: & est
liquidū, assutitia uerba esse, quæ in libro tuo sunt, de
forma qua apparuit sanctis in cœlo. Simpliciter enim
loquitur

loquitur Augustinus de corpore Christi. Perspicuum etiam est Canonistarum glossema e uerbis Augustini colligi non posse, quod de uero corpore domini in pane loquatur, praecedentia enim uerba ostendunt cum loqui de ueritate prædicatiois Christi, quæ adhuc annuntiatur, & subdit: Dominum ergo audiamus. Vide igitur quam infeliciter patrocineris tuo reo, quæ causam malam habet.

Iam quod epistolam ad Dardanum citavi, quæ ferem eadem uerba continet, confirmat magis, quam infirmat sententiam meam, pugnatque manifeste contra te: unde iterum recitabo. Noli dubitare, inquit, ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde uenturus est: memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in celum, sedet ad dextram patris, nec aliunde quam inde uenturus est ad uiuos mortuosque iudicados. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante, quemadmodum ire uisus est in celum, id est, in eadem carnis forma, atque substantialia, cui perfecto immortalitate dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putatus ubique diffusus. Caudum est enim ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, ut quod in deo est, ita sit ubique ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiuimus, mouemur, & sumus: nec tamen sicut ille ubique sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter & deus ille in homine proprio quodam & singulari modo.

Vna enim persona deus & homo est, & utrumq; est unus Christus Iesus, ubiq; per id quod deus est, in cœlo aut per id quod homo. Quid clarius uerbis illis dici posset? En quam anxie Christiana confessionem commendat. Vides Christū per id quod homo in cœlo? Animaduertis, quod natura corporis, licet immortalis sit facta, ablata nō est? Obseruas, de corpore Christi dicere esse ubiq; ubi deus est, est esse auferre ueritatem corporis? Quare de illa præsentia corporis, quā tu asseris, nullā mentionē facit, quū maxime opportunitate tractandi locū haberet? & obticere utiq; nō debuiſet. Tacco quomodo doceat te exponere illud Ioannis 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit filius hominis, qui est in cœlis: quod dictum, si sane intelligis, tuo proposito non seruiet: ad quod postea adducis, ut probes unum corpus esse in multis locis.

Neque est quod omnipotentiam ibi prætexas, nō enim nunc de omnipotentia dei agitur, nec uult deus haberi, quasi aliquid faciens contra uerbum suum, non est enim mendax: ita enim omnipotēs est, sicut & ueritas: Quomodo aut uerax esset contra filij eius uerbum, dicentis se in hac qua discessit ab apostolis formarentur? In hoc aut nō opitulatur tibi uerba, Hoc est corpus meū, que apertioribus alijs cedere coguntur.

In firma aut & inutilis coiectura est, quod Apostolus adhuc uiuebat in terra, & tamen quod eodem tempore

pore per reuelationē, in corpore etiam, in tertiu ascen-
derit cœlū, nequaq; indicat obscure, et si id humilitatis
gratianescire dicat, sed solū deū scire afferat, quod
quā homini Paulō accidit, quur deus cœli & terræ nō
posset esse ubiq; corporaliter, etiā maxime iam clari-
ficatus? Hectu. Quare hic incertū, tanquā certū pro-
ponis? Nam licet ipse nouerit an in corpore, uel extra
corpus raptus sit, quod tamē nondū admiserim, cū hu-
militatis gratia dixisse se nescire: sic tamen loquendo
nobis incertum reliquit, quomodo raptus fuerit. Sane
si extra corpus fuit euocatus, quod probabilius est, uti
que nihil probas: sī in corpore, uerisimilius est cor-
pus illud in cœlum perduclū, quam quod corpus eius
in duobus locis fuerit. Verbum ἀεταγέντα non in-
dicat relictum corpus super terram, siquidem in cors-
pore raptus fuit. De hoc habes apud Augustinū cap.
43. de cognitione uitæ beatæ.

Insuper quod de beato Stephano inducis, qui quā
lapidaretur, Christum stantem à dextris dei uiderit,
quem tamen populus nō uidit, sicut Ambr. dicit, nihil
concludit. Nunquid quia & nos à pluribus uideri
possimus ex diuersis locis, igitur corpora nostra in
pluribus locis erunt? Quin & hoc indicare oporteo
bat, quibus oculis diuus Stephanus Christum uiderit,
externis nō uel internis oculis? Certū est quod inter-
nis, quid igitur tu probabis? Audi de hoc Augustinū

IO. OECOLAMPADII AD

ex predicto libro. Nubes, inquit, suscepit eum ab oculis eorum. Stephanus quoq; non corporeis oculis in cœlo ultra firmamentum uidit, quum nullius hominis uisus ullo modo usq; ad cœlum pertingere posset; sed et concio illa, in qua Stephanus stans Christum consperxit, in domo aliqua fuit, cuius tecti culmen ipsius corporis oculus minime penetrare poterat. Constat igitur quod non oculo corporis, sed etiam interioris hominis intuitu, Christum non in corporo, sed intelle^ctuali cœlo uiderit. Demū quamuis multa ex Augustino ad Paulinā de uidendo deo, qui Ambrosij uerba declarat, ex opere in quo illū nō reiecerim, narras, ne tāz illū tamen sententiae tuæ adstipulātur. Nā licet ubiq; nūsibilis esset Christus, quibus se uidendum exhibere uelit, non tamen consestaneum est, salua natura & ueritate corporis, corpus eius ubiq; esse posse. Porro Ambrosius, Augustinusq; eodē loco non de illa uisio ne loquuntur, qua idē corpus in uno loco, præsens in alio uideatur. Quis aut nō uidet, quomodo mox Ambrosij et Augustini sententias nothas ueteratorio more subicias, quas nemo recipiet admonitus, nisi sponte seduci uelit. De loco Aug. ex 3. de doctrin. Christ. sua pra ostendi; tu uero ita expendisti, ut inter seruitutem libertatemq; mentium dijudicare nescias, taceo inter vim bellam istam tuam exceptionem, qua tibi places, & rem acutigisse uideris.

Perdīs

Perdis iterum causam Lombardi, & tuam, dum
dictū Aug. ad Bonifaciū miserabiliter torques. Tran-
sis enim cū tua rancida solutione ad trāssubstātiatores
papistas, à qbus eā mutuatus es. Augustinus autē nō so-
lū dicit res illas gerere similitudinē earū, quas signifi-
cāt, sed etiā eas nō habere in se, quod signāt, hoc est nō
idē esse substātiue. Et siquidē essent idem substātiue,
proprie similitudinem non gererent. Pueros dicit ha-
bere fidem secundum sacramentum, & admittit nō ha-
bere fidem eos reuera, sicut cōpatres illorū nomine re-
spōdent. Si autē apta esset comparatio, panis et poculū
non solum secundum quendam modum gereret simili-
tudinem, sed & essent ipsæ res quas signant substātiue,
adaptatio conuinceret, quod ubicunq; esset sacra-
mentum fidei, ibi & ipsa fides uere haberetur. Vnde
Lombardi errorem tueri non poteris.

Negas te à multitudine & elementis huius mundi
pendere, sed quid uolunt ista tua uerba in prefatio-
ne? Pro te pauculi quidā stāt, unā cū scriptura obtorta
& uiolētius interpretata, pro me uero orbis Christia-
nus cū scriptura manifesta. Et iterū: Nisi illa (de opinione
Lōbardi loqueris) lucra esset, iā pridē Christi ce-
sasset pollicitatio. Quo pacto enī nobiscū ad seculi us-
que cōsummationē permāsisset, si nos ab apostolorū tē-
pore, ut qdā hallucinātur, tāti erroris iuolucro relig-
set. Sed bene habet, si te nihil mouet multitudo, uel el-

menta mundi: nam hoc multis imponere dixi. Scio etiam quantum apud me olim valuerit. Responsum ergo sit alijs, quia occasionem tu suppeditasti. Responsio aut illa tua, quādo dicis: Absit ut misericors dominus uniuersum populu tāta percussit cæcitate, ut in media die solē splendentē uidere nō poterit. Respsio inquam illa tua, conueniat cum ea qua dominus Eliæ (cui propterea me minime conservo, ne iterum calus iniandi sumas occasionem) respondit, adhuc septem millia esse eorum, qui non curuarint genua ante Baal. Verum ego nō dixi cunctos percussos cæcitate. Quid quod illos nequeam omnes monstrare? Quum propheta non potuerit ostendere pios, qui suo tempore erant, quo pacto tu exigis, ut ipse indicem eos qui ante aliquot secula mortui, ad dominum migrarunt? Nam & quosdam indicaui, & fortassis si quorundam nomina commemorarem, incitare te possem ad blasphemandum nomina sanctorum dei, quibus hic mundus non erat dignus.

Ex oratione Bessarionis notum est, usq; in hunc diem, Græcos magna ex parte refragari, tametsi Romano pontifici ille satis adulatus fuit, & blanda oratione Romanorum errorem persuadere Græcis uoluerit. Ex his que in concilijs fuere decreta, didicimus, quantum sit repugnatum: tandem nouissimis illis scelis, gladio & igni defendi illa, insignis uestra fides eorum
pta

ptaeſt. Quanta autem religione iſignis fuerit Gre-
gorius ille ſeptimus, & quid Nicolaus cum Berenga-
rio captiuo egerit, notius eſt quam refriſcare deceat.
Conueniat igitur inter nos, ut magis quid ſentiendū,
quam quid alij ſenſerint, ſentiamuſ.

Conſcientijs autem eos eſſe onerosiſſimos, adhuc
aſſero, qui nouos articulos fidei, hoc eſt idola ſtatuit.
Quod autem quidā neſciunt, quid credere debeant,
partim ſibi imputent, quod ad diſcendum tam male
idoneos ſe exhibent: partim hiſ, qui impediūt, ne quid
aliud doceatur, quam quod iſpi prius docuerint. Nō
eſt tam laciſio ſaſidei noſtre continentia, ut edisci nun-
quam poſſit: ſed ſunt pleriq; ſemper diſcentes, forte &
doçentes, & ad agnitionem ueritatis nunquam perue-
niētes. Si nihil aliud, hoc certe ſuſpectiſſimum faceret do-
gma ueſtrū, quod olim inter ecclesiastica placita non
fuit reſenſitū, id quod ex eo libro, quē Aug. ad Petruſ
diaconum ſcripſit, maniſtarium eſt. At tu mirabilis
& grauiſ diſputator eſt, ex uerbis meis ſic colligens:
Augustinus ad Petrum diaconum, nullam de hoc arti-
culo mentionem facit, ergo Christi uerba ſunt reū cien-
da. Ita iocaris tu magis, quam ratiocinaris, quum de
beas ſubdere, ergo tūc non erat articulus fidei, uel Au-
gustinus nō recēſuit inter articulos fidei, eo quod pro-
miſerat ſe docturuſ fidei ſumma, ut dogmatis acceptis
ſecurus ualeret inter catholicos ambulare. Cur non

permittis & nobis, eadem profitentes, Christianos appellari? quare tanquam hæreticos reijcis? An putas olim uerba cœnæ non fuisse expensa, aut defuisse tunc superba, rebelliaq; ingenia, contra que muniri decuissit infirmiores? Gratulemur scilicet posterioribus nostris seculis ob suas reuelationes. Hic tu mihi iterum personatū Ambrosium, & alios è lacuna Decretorū obtrudis, quos scis nec à me, nec à quouis uolentes non decipi, recipiendos.

Incautius etiā obijscis, carpēs me in recēsendis platis domini in cœna, prætermisſe ea, in quibus tota uirtus huius sacramēti consistit, nempe qđ omittā uerba illa, Hoc est corpus meū: & , Hic est sanguis meus. Ibi serpēs uocor, et caput totius mysterij detrūcare dicor. Quò mibi iterum ruis Bilibalde? Nihil' ne ad me uerba ista cœne? de quibus tota disputatio, que toties tanquā anxie per librū cōmēdo, eā nc aufero, quia nō per singulos, ut ita dicā, uersus repeto? Sed ira te nō sit nū cōsiderare, quantū pōderis sit in uerbis meis sitū. Etenim quū dicerē, Dominū uoluisse ut mysteria tātorū symbolorū cognoscemus, ad nihil tūc aliud hortari uolebā, quām ut sacratissimorū uerborū, que nobis arcana signorū pandunt, curā minime prætermittere mus, sed per ea mortē domini iuxta dictū A postoli annunciaremus. Iterū igitur habes, quo me excusare & saluare potes, siquidē charitatē in me exercere uoles.

Ultra

PYRK. RESPONSI^O POSTERIOR. 47.

Vltra quando opinionē tuā superstitionē appello,
¶ auocantē à uere spiritualibus, nō tā ad argumenta
mea respōdes, q̄ quod causam tuā inualidā redintegrā
re frustra studes, inniti te uerbis Christi dicēs, quū tā
mē cor ū expositionē iuxta usum scripturæ nō recipi-
as: ¶ iterū ex Gratiano testimonia multa sine ordine
¶ delectu exaggeras, quae si admittere, fortasse me as-
quām tuas partes magis adiutura essent. Putas autē te
spiritualiter frui præsentia corporis Christi, siquidē
carnē eius dentibus nō teras, id quod uobis nō impin-
gitur: sed nō euadis, quādiu corpori tuo corpus Christi
præsens esse uis, siue uisibiliter, siue inuisibiliter.
Sic enim carnē queris, sic carnem tibi seruire uis, ne
quid aliud dicam, sic etiam carnis futurus es. Qui
uere spirituales sunt, in carne nō harent, sed à memo-
ria benefiorum, quæ in carne exhibitas sunt, ad deum
ipsum transeunt. Qua ratione caro à spiritualibus ne-
tiquam subtrahitur, commemoratione enim ¶ fi-
de animo absentia, præsentia fieri incipiunt. Et ut re-
deam ad testimonia, quæ tu ex Canonibus depromis
ipsa hæc mea dicta cōfirmant. Quid enim sententiam
meam magis probare posset, quām quod Ambrosius
ille inquit: Non iste panis qui uadit in corpus, à nos
bis tam anxie queritur: sed panis uite æterne, quæ
animæ nostræ substantiam fulcit: qui autem discor-
dat à Christo, non manducat carnem eius, nec bi-

bit sanguinem eius, et si ante rei sacramentum iudicium
sue perditionis quotidie accipit. Hæc tuus ille, quem
tamen propterea ut germanum non agnosco, qui tam
narius est, sibiq; non constans.

Porrò quia de distinctione sacramētorū, de qua cō
tēdere uidebaris, nō cōtendis, neq; ego cōtendā. C.ete
rū quod desideras poteris si tibi contendendi animus
deest, classes illas signorū, sacramētorūq; mutare, &
ex prima secundā, & ex secunda primam facere, idq;
mea pace, tam si mos meus nō est, inter distinguendū
attendere que digniora, sed aliena nonnunq; à proposi
to, libenter à principio absoluo, ut ea que ad institutū
faciunt, postea commodius tractem: fecerunt hoc &
& alij, neq; tam improbos censores sortiti sunt.

Nō uis item intelligere prouerbii, Verbis ut num
mo uti: ut taxes meam tenuitatem, cuius non pudet.
Quid si uidua paupercula duobus minutis liberalita
tem regum uinceret: sed hæc ad perierga cum cæteris
reicienda erant, id posthac faciam, & quo succinctior
sim, non repeatam pluribus, quæ à te ad fastidium usq;
inculcantur.

Multum item laboras, ne carniuorus uel κάρνιος
appellari possis: ego autem, licet uelim, in hoc er
rore perseverantē à tali crimine liberare nō possum.
Neque in sacratissimum Christi corpus iocor, error
erassis à nobis herba illa extorquet. Quod si non era
ror

ror, sed sancta & fidelis scientia tua est, etiam opus quod commendat sanctum erit, erit autem & nomen non prophanum, neq; erubescendum, atque adeo nō ex Phayia non erit minus gloria quam saugofogia.

Hic ne etiam Iudeis ridiculo sit, subtiliter doces quomodo cum pane Christus in stomacho non digeratur, nec descendat in aluum, licet species in corpus transseant: quod quum sit, iam corpus Christi esse desinit. Sed quomodo probabis haec scripturis? & si probabis, adhuc erit creophagia, uel transitus corporis Christi in stomachum, ut ibi aliquando desinat, qui transitus nimirum erit manducatio: & quum Christus dixerit, manducate, & panis est corpus substantiae iuxtae, iussit per aperta illa uerba manducare corpus: nescio tamen an simplicem illationem, & transmissionem rei in stomachum ausim uocare manducationem: manducatio enim non ideo fit, ut stomachum occupet, sed ut corpus inde pascatur. Proinde cesset scomma, posse dicere, Panem quidem manducari corporaliter, corpus uero edi spiritualiter.

At hic ego subinfero, quid igitur nobis in pane opus corpore, quum etiam citra panem edi posset corpus uere spiritualiter, & etiam sic edatur? Ibi respondes more tuo, quur deus non uoluerit nos redire aliter quam per mortem filij. Interrogabo autem & ex te unum, Fingam tibi, exempli gratia, nō pro-

bari magistratus & principatus, hoc dicto euangelis.
Reges gentium dominantur, uos autem non sic: ue-
lis q; malc intellectum dictum, quam uis multa absur-
da uideas sequi, per uerbum crucis tueri, obstrepens
quamuis nō possim causam aliquā afferre, dic tu cau-
sam, quare nam Christum pati uoluit, qui aliter nos re-
dimere potuisset? Nunquid strenue causam rogatione
hac defendisses? Arbitror te tibi ipsi disppliciturum.
Quū igitur hic in uerbis te nondum explicaris, quasi
admissa sit expositio tua adulterina, uadis, & incertū
minimeq; admissum cū admisso conferre aedes, absur-
daq; cōtra ordinationem dei per sanctū dei consiliū
palliare non erubescis? Evidēt erubesco, quod Chri-
stiani uerbo crucis abutimur. Firmetur primū, panē
esse substatiue corpus, sicut per scripturā cognouimus
Christū crucifixū: et deinde, si quis neget panē substā-
tiue esse corpus, eo qd' sibi uidetur absurdū, afferatur
et scādalū crucis. Posse et aliter respondere: sed tu hic
multa ex meis trāsilis, qbus nō respōdes, sed interim
me infamas, et cōuicia p doctrinā mihi largus exhibes.

Vbi ad doctores peruentū est, dolet tibi, quod non
omnes admitto, & fateris ipse haud parcm illorū cōse
autoritatem. Laudanda esset austeras, si nū squā in
dicasse in Gratiano fallere, si nū squā ostēdissem affer-
ri impertinētia, si nū squā mōstrasse misere doctores
tractatos. Quod Decretisti imputo, in te dictū rapis,
quum

quum satis aperte loquar. Vbiique corradere cupis,
quod impropores: sed gaudeo, & deo meo gra-
tias habeo, frustra te ubique hoc agere, nullamq; mihi
necessitatem gerris tuis omnibus respondendi iniun-
ctam: cresceret enim liber in immensum. Breuiter ad
dicta doctorum respondeo.

Principio non est mihi ita ignotus Augustinus, ut
ignorem, quid ipse uocet corpus & sanguinem domi-
ni, nempe sacramentum corporis & sanguinis, de
quo supra mentionem fecimus, sic etiam sacrificium cor-
poris appellat. At quod autumas hisce uocabulis ha-
bitam rationem Ethnicorum, id nō appareat, imò Chri-
stiani apud craſiores Paganos, quum dicerent se man-
ducare corpus Christi, illorum in se odium magis ex-
citabant. Vnde & de infanticidio facti sunt suspecti, ut
historiae perhibent. Est alia ratio nō projiciendi mar-
garitas ante porcos, quam uno uel altero uocabulo nō
audere uti in tempore, etiam iratis Paganis. Audie-
bant Pagani uerba que irridebant, sed uerborum ar-
cana, que iguorabant, non audiebant indigni.

Non coges item me, ut de sorbis sententiarum
Prosperi edam, donec sciam an in taxo, uel palma na-
ta sint: tibi si ita placet, absque delectu etiam glan-
dibus uesci liberum esto. Certe ideo, quia Augu-
stinus sibi contrarius non est, sententiae illae tam
non sunt Augustini, quam non sunt meae: & quia

pictatem Augustini solidam, minimeq; superstitionem
referunt, ideo & à phras̄ adulterinæ iudicantur. In
ecclesiasticis enim doctoribus non tam ab ornatu, &
structura uerborū, sed magis à sincera religione cer-
tiſſime phrasis dignoscitur.

De Iuuenco nō pudet dicere, quod ego illius carmi-
na explodam, tanquam nil sit de mysterijs loquitur.
Verba mea ſi habent: Iuuencus uero Hispanus, quia
carmine historiā euāgelicam cōprehendit, & uerbi
uerbo fermē reddidit, prout metri ratio patiebatur,
de mysterijs loquutus est, quēadmodū & euangelistæ,
unde & eandē, quā illi, recipit expositionē. Hæc uer-
ba mea ſunt. Vnde aut̄ interim ſubnatum eſt tuū Nili
Antea mihi Nili originem oſtendes, quam in libro
meo, hoc Nil. Putasti ne me mortuū, quum hæc ſcribe-
bam, id quod fama mendax de me ſparſerat? aut putas
neminem collaturum que utring; ſcripta? Sed elegan-
ter ille de mysterijs ſcripsit, dum dicit: Edocuiq; ſuum
ſe diuififfe cruorem. Alios uersus non ſuppreſſi per
maliciam, quum in libro tuo legantur, & eandē quan-
tum ad expositionis modum ſententiam habeant. Nō
uitiat apud poētas carminis nitorem, ſi fractam, diui-
ſamq; Cererem, ac effuſum Lyeum dicant. Gentiles
igitur poētas intelligemus, Christianos uero puerili-
ter interpretabimur? At qui mediocriter exercitatos
mentis oculos habet, uidet quid uoluerit Iuuencus, &
quos

quomodo de sacramentis loquendum.

Ambrosium non omnino repudiaui, ut mihi imponis, tantum librum de sacramentis, & mysterijs initiandis agnoscere nolui, certissimis coiecturis comonitus, etiam ab ipso Augustino. Utinam liber ille, cuius Augustinus capi. 4. libri Retractationum meminit, extaret, ne utiquam comparere auderet inceptus ille. Cæterum quæ ille in epistolam scripsit ad Corinthios prius quam tu scribere contra me cogitares, protuleram. Remitto ad primū librum de uerbis cœnæ. Manifeste enim Ambrosius ibi dicit: Memoria redemptiōnis nostræ est, ut redemptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur. Et iterum: Quia morte domini liberati sumus, huius rei in edendo & potando, carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus.

Prolixum foret iterū per singulos quid senserint, explicare. Paucis igitur: Vis urgere uerba Cypriani, & de sacramentis non loqui ut de sacramentis, dic propter aquam admixtam in calice, etiam aquam esse populum substantiæ.

Cyrillus quo loco tibi suffragari putas, de cœna non loquitur, sed de sola humanitate Christi.

Origenes carnalem intellectum tuum inquit non carere discrimine mortis.

Si ita crasse uersari libet in Chrysostomo, infige

dentes carni Christi, Quare nō potius expendis illud eiusdem de uerbis cœne apud Matthæum dicentis, Ipse quoque bibit ex eo : ne auditis uerbis illis dicent: Quid igitur sanguinem bibimus, et carnem comedimus, ac ideo perturbarentur ? Nam et quando prius de his uerba fecit. Ne igitur tunc id quoque accideret, primus ipse hoc fecit, ut ad communicationem mysteriorum induceret. Hæc et alia uerba intelligere uolenti, lucem afferre possent.

Conaris item ex his, quæ in sexto capite Ioannis habentur, errorem tuum fulcire: sed constat totum illud de sola spirituali mædicatione loqui, nec posse per ea que ibi dicuntur, sacramentarium ritum sic explicari, quod panis ille pastus substantiæ sit corpus. hoc erat potius discendum, spiritualem mandationem solam esse necessariam: quod autem sacramentum institutum est, hoc factum est ad illius commendationem, et ad gratiarum actionem pro suscepitis beneficijs, et ad populum in unam religionem per charitatis indicia adunandum. Nec uadunt in sententiam tuam Chrysostomus et Augustinus, classici illi doctores, quorum tu dicta uere torques. Nam quod iste dicit, carnem solam non prodesse, accidente uero spiritu ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, plurimum prodesse, et cetera. His uerbis et sequentibus non astipulatur

ad stipulatur tibi, quod adfit in coena corpus Christi
naturale, sed de humilitate Christi loquitur, cuius ca-
ro ualde nobis profuit, quia diuinitate adiuncta nobis
humiliter ministrauit, Christus sanè nisi carnem indu-
isset, quomodo nobis satisfecisset? nisi autem et deus
esset, omniūq; innocētissimus quo modo patrē placas-
set? Frustra etiam de Chrysostomo gloriaris: nam li-
cet in enarrandis uerbis illis more suo digrediatur,
et symbolico sermone luxuriet, non tamen hoc uult,
quod uerba Ioannis de sacramentario ritu dicta sint,
id quod à te probandum erat, si calculo eius iuuau-
dus fuisses. Et sicut illi tua uerba non confirmant, ita
nec tu ea que tibi ex Luthero obiecta sunt, diluisti, ne-
pe quod uita carituri sint infirmi, infantes, stolidi. At
hæc tibi uaniissimæ, et repentine cogitationes uiden-
tur, ut scribis, aduersus quas tamen tu nihil uales.

Neque consectaneum erit propter manducatio-
nem spiritualem, auferri manducationem corpora-
lem, quam tu ponis: nos autem ut nunquam institu-
tam, quia inutilis esset, non dicimus sublatam, neque
enim auferitur, quod institutum non est. Vide igitur
quām inepte postea ratiocineris. Nequaquam se-
quitur: Sacramentum illud spirituale est, ergo rea-
le nequaquam existit: sicut haud sequitur: Ho-
mo ex anima constat, ergo corpore caret. Confers
hic res disimillimas. Homo enim ex corpore,

& anima constat, sacramentum uero ex elemento, & uerbo, non ex signo, & re signata. Et res quidem est inuisibilis, geritq; imaginem rei inuisibilis, sed res uisibilis non ad substantiam rei inuisibilis pertinet, qua si ex illa constet, uel quasi intra se, illam realiter, ut ita dicam, contineat, sed tantum similitudinem eius, ad admonendum mirabiliter efficacem, continet.

Iam quod apud lectorum aequum uis esse iudicium, non refragor: sed quomodo iudicabunt isti, si tu at tandem legere audebunt, uel si me cōdemnarint, antequā audierint? Viderent sanè an prior illa cantilena improbata sit, & an euasuunculis tuis ueritatis studioso, non inquam pertinaci, uel corrupto homini satis fiat: quandoquidem tu leuioribus, quam Camilli pedibus, ubi sistere oportebat, transuolas. Indicaueram locum Augustini, ex Psalm. 33. à me enarratum, nempe quod dicit: Ferebatur Christus in manibus suis: hunc semel atque iterum elquare niteris: sed ad paucula uerba, quibus explanatus est, dum dicit, Ipsa est humilitas domini nostri Iesu Christi, respondes: si humilitas cessauit, euacuum est etiam scandalum crucis. Quo dicto nihil efficiis: scimus enim cessasse scandalum crucis in capite, non in membris, scimus memoriam quoq; crucis non destuisse. Supplet Apostolus quod deerat, afflictionibus Christi in carne pro corpore ipsius. At tuum erathic ostendere, de præsentia carnis eius, que nunc gloriš.

glorificata, quomodo sit eius humilitas. Nā quod ego scribo, nō est inuertere, dilacerare, & detruncare scripta. Tu cum tuis ab hoc uitio nondum excusatus es, qui dicas Augustinū excipere quod maxime colligit, & imponis ei que nunquam somniauit. Et dum dicas quod dicta hæc Augustini huic negocio nostro nō conueniant: dic quur Gratianus tuus uerba citarat, quibus lector simplex offendebatur, & tu ea pro te trans here suprà uolebas, tametsi frustra? Non erat igitur alienum ab instituto illa explanare, & impedimenta è medio tollere.

Aequus lector etiam hoc dijudicabit, quomodo ad alia multa, que oportebat diluere, uel expendere, rideas & maledicas: ut dum locus de generibus significationum explicatur, & petitur, ubi deus inierit cum hominibus tale pactum, ut quoties uerba illa. Hoc est corpus meum, super panem dicant, & cōsecrant, sicut tu dicas, & impetrant ut panis fiat reale corpus Christi, tu nihil ad rem dicas, sed contemnis, & inquis: Vnde sunt igitur, quæ homo ille hic de pactis à deo cum sacrificiis initis nugatur, stulta quæ de magia garrit, impia quæ cōtra uerba blasphemat diuina. At hoc nō est respondere: quare magiam nō excusas? quare non dicas quando illa uis data sit uerbis? quare ambitionē sacerdotum non defendis? Evidem adhuc dico, quod eadem ratione sacerdotes probabunt sibi datam auto-

ritatem mundandi leprosos, curandiq; morbos alios:
et adhuc oro ut prodeant cum suis miraculis, si pote
statē acceperūt. Num fortassis hoc sit inopia fidei, qd^t
minus nequeant facere, ut est sanare infirmos? sed alia
causa est, quare nunc per suos deus miracula non ope
retur. Evidē si hoc praeceptū accepissem à domino,
quamvis peccatorem me fatear, et absolutam illam
sanctimoniam, quam mihi opprobras, nunquam arro
garim, considerem me per dominum non solum posse
semimortuam muscam fuscitare, sed et podagram
et omnigenos morbos corrigere: nunc uero quia
praeceptum illud non accepi. Ostendant autem sa
cerdotes, ubi illa potestas eis data sit tam mira agendi
circa panem: nam si etiam uerba domini naturalem
expositionem admitterent, nondum tamen hæc pote
stas sacerdotibus concredita esset: ueruntamen hanc
expositionem rigidam non admittunt.

Ceterū dum subdis: Sanè et illud ueritate caret,
quod in pane mira fieri neget (de Augustino loquē
ris) quum diserte dicat, miracula peracto ministerio
transitura. Certe nisi in pane miraculū esset, nequa
quam pietatis celebratione consumeretur. Hec tu di
cis Bilibalde, uir in tāta ciuitate tantus. En quæ apud
Augustinū haberi dixisti, nō habentur: et quæ haberi
negas, clarissime inueniuntur. Legat oro lector. 3. de
trinitate

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. 59

trinitate caput decimū. Nónne iure tuam fidē desidero? sed id nihil ad te, ut scribis. Desidero igitur diligētiā tuā, quod ad me et ad lectorem attinet, ne nobis alia quam apud autores habentur, obtrudas. Non dixit Augustinus miracula transitura, sed de signis significantibus loquitur, ea post pietatis celebrationē, signa & sacramenta esse cessant. Vnde merē idololatriæ sunt adoratiōes panis, maxime extra celebratiō nem. Vbi enim cessauit tempus significādi, nihil aliud est, q̄ panis. Augustini uerba h̄ec sunt. Vel peracto mīsterio transitura, sicut panis ad hoc factus, in accipiēdo sacramento cōsumitur: sed quia h̄ec hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorem tanquam religiosa habere possunt, stuporem tanquam mira nō posūt. Vbi hoc loco legis MIRACVL A? Infra aut̄ sic loquitur: Sicut infantes non norunt quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione cōsumitur, unde uel quomodo cōficiatur, unde in usum religionis assumatur. Vnde etiam ex hoc loco proferes MIRACVL A? Quin contrarium manifeſte ostendit: sic enim dicit: Inter factum angelī, & factum hominis plurimum distat. Illud & mirandum & intelligen- dum est, hoc tantum intelligendum. Vide Bilibalde quoties deprehenderis parum candidus, dum me facere mendacem studes, et efficere nequis, quod cupis.

Hinc ad coniecturas meas pergis, sed & illas fr̄e

strare ijcis, & nullius momenti in rebus diuinis eſe
temere negas. En uerbū dei hic suo, hoc eſt primo la-
co stat. doctores subscribūt: quid prohibet igitur nūc
& coniecturas adhibere?

Adducis & tu coniecturas, plusquam inualidas,
nempe arguens cum Ambrosio tuo ab omnipotentia
dei, citra uerbum dei bene intellectum, quo argumen-
to nihil magis eſt stuppeum: & dum literā mordicus
tenes, gloriaris te ſpiritu ſequi uiuificantem, ignoras
quid ſit ſpiritus uiuificans. Ex tua parte credis docto-
res ſtare, quos tamen perperam adducis, & non niſi
ſuspectiſsimos pro te habes: ſubindeq; poſtulas ut au-
tor tibi proferatur, qui mecum ſentiat, quaſi illi apud
te multū ualeant, et quare Auguſtini uerba nō capiſt.

Denum ἐγων τῷ inquis: Doceat uerba non eo
intellectu accipienda, ac ſunt prolata. Auertat domi-
nus eam impietatem à me: docui enim & docebo in-
telligenda ſenſu quo ſunt prolata: ſed quod à te & ab
alijs tuis interim derideor, & impetrare nō poſſum,
ut germanum ſenſum uiciatis, deo commendarim
corrigendum. Etenim niſi aliter iſta uerba intellexe-
ris, nihil diſſeres ab hiſ qui negant Christianos poſſe
uel magistratum gerere, uel calceos in uia portare.

De alia tua coniectura, que à poenitētia ueterum
diſumpta, quia ita ſubdis, Sed nec hominem diſpudet
niugis cōtra me uclitare: quaſi ita uoluerim colligere,

Res

Res hæc fuit apud priscos religiosa, ergo continet corpus Christi. Age si noluisti sic colligere, quod tam uerba tua insinuant, alioqui uidebaris hunc morem non tam magnifice tractaturus, si, inquam, noluisti sic colligere, non in isto ultrâ hic, neq; opus est.

Diffidis igitur conjecturis tuis, quod utiq; indicium est, eas tibi non prodesse. Mihi autem, ut iterum referam, etiam si me arrogantem dicas dicentem, id quod res habet mæ rationes iniuctiores uidetur opinato, & quod amplius, conferenti mihi nunc meam responsionem ad hanc tuam, totus liber iniuctior appetit. Miraris pertinaciam, sed tribue hoc potius inuiditatem tuis argumentis, quam mæ pertinaciæ. Et quomodo illi mæ pertinaciæ moribus tuis consules? Dum tis alia arguis, & ego alia inuenio non solum in conscientia mea, sed etiam in libro meo, ubi coiecturam tuam ab omnipotentia refuto, scribis. Fateor me scripsisse, si Christus dixisset corpus suum sub lapidis specie contineri, quod illi crederem, nec dubitarem, possibile id esset, nec ne, potiusq; uerba eius animaduerterem, quam naturæ considerarem ordinem. Addit uir somplex de suo conclusionem, ergo lapis est corpus. In libro meo sic inuenio: Tua coniectura, imò tota tua argumentatio, quam susq; deq; uersas, hæc est: Deum esse omnipotentem, dixisseq;, Hoc est corpus meum, credendum & lapidem esse corpus. Laudo uel religio-

nem tuam, et spiritus obedientiam, sed desidero scienciam, quā nō tam uerba, quām mens uerborū spectantur. Etiam ipsi non contradiceremus, si deo ita uisum foret, ut cōtempto rerum ordine, corpus filij lapis fitat. Absit enim, ut uel in minimo diuinæ omnipotētiæ derogemus. Quid hic tibi addidi à tuis uerbis dissonans? Quæ hic calliditas? quo modo submissius agi tecum posset, si ullo modo tractabilis esses?

At tu instas, & iubes, ut proferam ex locis meis communibus, per quem ostendere possim, uirginem peperisse filium, aut diuinam maiestatem filij uniti decorasse calamitatem. Si hic locus postularet & admitteret, possem utiq; non quod coniecturis nitar: sed quia res antea scripturis persuasa est, coniecturas quoq; probabiles haud esset contēptura: nam & hoc antea multi magni uiri egerunt.

Verū pergo ad cōiecturas, quas tu esse scis causas probabiles, nō aut necessarias. Proinde quandiu probabiles sunt, adhuc uerisimiles coniecturæ manebunt, & nisi antea causa tota intereat, nō disparebunt.

Ecce ipse admittis non celebrandum miraculum, quod scriptura non celebrat pro miraculo. Iam dicitur ubi pro miraculo celebratum sit hoc miraculum. Augustinus, ut dictum est, manifeste negat per homines ibi fieri mira. Ludificationes dæmonum nihil ad sacramentum pertinent. Mira quæ in cordibus nostris spiritus

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. 63

spiritus sanctus operatur, neutiquā sunt in pane.

Iam tibi uere simplex videor, lectoresq; omnes stupidos, si quidem te ipsum intelligis, quandoquidem pertere audes, ut hanc negatiuam probem, quum affirmantibus magis quam negatibus incumbat probare. Ego inquam, miraculū non celebrari, & sufficit mihi nullum locum qui celebret occurrere. Tuum est ostendere ubi celebretur, ubi apostoli admirati sunt, ubi adorarint. Satis mihi uerisimile fuerit, quod admiraturi fuissent, ut pote rem nouā, et adoraturi tanquam diuinam. Nōnne & Petrus in naui adorauit? Nōnne & alijs adorarunt Christum?

Iam quod dixi, uideri tibi contemnendū argumen-
tum, non esse miraculum celebrandum à scriptura
nō commendatum: & tam alienum te fingis, quasi ne-
scio quid mali de te dixisse. Age si cōiectrā hanc nō
cōtempssi, quid ita contendis esse miraculum: quare
nullum miraculorū finē admittis in hoc sacramento,
que patres utiq; nescierunt? Memineris tuū esse pro-
bare affirmatiuā, & ita habere ut dicis.

Incepsum est & hoc, quod cuncta fidei nostrae mys-
teria ruitura suspicaris, si inter coniecturas sit, quod
præter naturam miraculorum, hæc tua miracula sensus
fallant, & gloriam dei non testentur. Sed fide ac
animo bono sis, nihil hic periculi: omnet miraculose
scitus quos nobis scire contigit, ubi eos deus perfecit,

effecto dei gloriam testati sunt. Christus è uirgine natus est, habitauit in nobis, sensusq; nō fecellit, maxime ipsam purissimam suam matrem. Et quis fidelis alien de natum dixerit? Deus mundum è nihilo condidit, mundū omnes cernimus, gloriam dei prædicantem. Cæci se illuminatos experti sunt. Verum video quid te hic impeditur, nō intellexisti uerbū meum, præter naturam miraculorum, quod ego non dixi de miraculo, quatenus illud deus operatur: sed ideo dixi, quod deus ubi miracula fuerit operatus in utilitatem humani generis, facit ea nobis innotescere, idq; cum gloria sua. Hoc autem miraculum quod tu prædicas, etiam si renunciemus sensibus, quam gloriam dei prædicat? An iterum confers cruci, & denuo Christum humiliatus es?

Ptæterea nulla tibi coniectura uidetur, quod hoc tuum miraculum nullo alio confirmavit, certe uerbū crucis pluribus miraculis ornauit. At tu more tuo principium petens, dicis: Quid miraculis opus, ubi Christi innitimus uerbis? Mihi sanè nullo opus est: neque cum miraculo, neq; sine miraculo recipiendum errorrem scio: ex ubi uerba Christi aliquid uelle cognosco, iam persuasus sum. Non ignoror autem benignitatem dei, in alijs non tam necessarijs ad credendum, ut tu illud tuum dogma facis, sese nobis attemperantem, & uarijs modis ad credendum introducentem. Tū ne omnes

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. 65

omnes tam fortis esse coges, ut nudis innitantur dei uerbis? O utinam omnibus ea nobis esset felicitas, sa- nè sic non opus erat Christo præsentiam suam in car- ne, quum prædicaret, miraculis contestari. Atqui no- stram infirmitatem nouit deus.

Demum si & collationem sacramentorum non re probas, bene habet causa nostra: Nam & carnē Chri- sti in cœlo non amitteremus, & quod in cœna promisit, non desiderabimus. A qua baptismi non erit substans tive aqua uiua, ergo & panis cœnæ nō erit substantiue panis ille coelestis: et nihilominus uere baptizati, aquæ uiuæ sunt participes, et digne manducantes, pane cœ- lesti nō fraudātur. Interim nihil minus fecerim, quām principiū petiuerim, eo quod nihil adhuc ex his, qui- bus mea probauit, infregeris. Prius iacta sunt funda- menta, coniecturarum fulcrane te turbent, fortasse seruient infirmis.

Iam quid dissimulas de tropi nomine, quod negas me potuisse illum nominare? nōnne testatus sum, fieri metaphoram per expositionē ab animato ad inanima- tum, & ab inanimato ad animatum? Et tu quū rem in- telligis, quid de nomine quiritaris? Quæram ex te, num in expositione parbole seminis, dicētis, Semen est uerbum dei, tropum agnosces? agnosceres utiq; si extra orationem, semen uocarem uerbum, uel contrā, & quare non etiam in ipsa oratione?

Quomodo igitur, dicas, ænigma erit? Respō deo, dī
xi sacramentum antequām cognoscatur, esse ænigma:
quomodo enim sciūssent apostoli, quid sibi uellet pa-
nis, nisi dominus eos docuisset? Verba quoq; nisi adhi-
bito symbolo, fuissent ænigmatica. Annotata fuere
quēdam de ænigmate, & allegoria, iuxta mentē Au-
gustini, de his nō contendō. Si dicerē panem esse Ce-
rerem, agnoscēres tropum: nunc illum fugis, & poti-
us fateris mirabilis ceremoniæ explicationem fuisse,
quando de Christo dicit pater: Hic est filius meus dile-
ctus. Vere mirabilis ceremonia, nescio an ulli unquam
pro ceremonia est habita: an putas uulgo ignorari,
quid ceremoniæ, et quid sacramentum? Verum de hoc
alij dijudicent.

Sophistice item manifesta erat, assumptionem al-
legoriarum ad probandum inutilem, contra troporū
expositionē induci. Non hic agebatur an tropis pro-
bandum aliquid, sed num exponēdas si oratio per tro-
pum. Videris mihi tunc alia cogitans, tam impertinē-
tia scripsisse, nunc pudet inconsideratiæ: sed indignius
fuerit illam sic defendere, quam admittere.

Porrò de prædicamentis tibi respō deo sicut de con-
iecturis: & profecto non ita abhorrire debebas à Di-
lectica, quandoquidem & Paulus cum Stoicis secum
conferentibus eam non respuit. Quin prædicabilitū et
prædicamentorū ratio simplicior, quam ut ita temere
eam

ea rei*ci* oportet. Tu nihil hic præter ordinē naturæ fieri probare potes, ut deductum est, & nō permittis loqui iuxta ordinem naturæ, quæ in scripturis magna tyrannis fuerit. Causa hic ne iterū me obserues incautior, quasi nege unquā aliquid præter naturæ ordinē contigisse, ut confessionem uirginei partus proferas, sed cut in responsione tua facis, quorsum enim talia? quum iuxta materiam, quæ tractatur, sermones de bere inteligi scias. Transeo hic quedā quæ antea dilui, & quædam quæ ad perierga spectant.

Quomodo Christus sedeat ad dextram patris, nunquam ita crasse intellexi, etiam quum puer esset, sicut tu me autumare dicis: unde autem colligas, tu uideris. Nam licet in uno loco sit, & non simul in multis, non propterea uni loco affixus erit. Hoc fateor, Christi corpori, quod humiliatum est præ alijs, excellentiorem quoq; in cœlis locum datum, tum propter suam dignitatem, tum propter spem nostram erigendam. Sit corpus glorificatum in quocunque uelit loco, nō erit tamen in pluribus. Hoc autem quod tu docere uis, August. non habet, neq; Scotti acumen probabit sat. Chrysostomus uero super epistolam ad Hebræos omnibus modis tecum pugnat. Neque tuo scuto defendi poteris, quod ad obiectionem impij cuiusdam dicat, alioqui multi essent Christi? nam siue ipse se ipsum roget, uel ab alio rogetur, sequiturum esset,

iuxta tuam opinionem, inconueniens illud, quod an congruum sit dicere rogatur. Tu dicas cum similius citer negare multos esse Christos. Et quis Christianus non negaret? At si ad causam, qua mouetur expōnens, respexeris, & illi tuam opinionem cōposueris, inuenies te idipsum asserere quod obijcentem mouere poterat: obijcentis enim causam demolitus est, qui aliud quiddā hoc sacrificiū imaginabatur esse, q̄ exemplar sacrificij hoc est merā recordationē unici sacrificij. Chrysostomus aut̄ non uult aliud esse sacrificium, quam illam recordationē: & alia que cōminisci quis posset, refutat. Et quia non est aliud sacrificium, nec aliud corpus est, quam per cōmemorationem. Quod si aliter aderit corpus, aliter ctiā sacrificabitur, quam per commemorationem, id quod cum tota epistola ad Hebreos pugnat: instaurari q̄; etiam sacrilegas istas papisticas missas, quae super hoc uno fundatae, collapsaeq; nunc sunt in animis fidelium. Suntq; illae in hoc uno potissimum impiae, quia aliter sacrifici iactat se Christi corpus, q̄ per solā cōmemorationē offerre et immolare. At illud esset mactare filiū dei, aut ab impiō homine illū patri denuo reconciliari, & homo sacerdos fieret ad Christū innocentissimum offerendū cōstitutus. Apage cum ueteri abominatione. In hoc Bilibaldo cū Chrysostomo nō erro, qui se hoc loco diuina uerba loquutiū fatetur. Errabam autem tunc, quum in tua sententia

tentia uersarer, utinā & deus te in uia recta inducat.

Tertullianū quoq; incassum tibi vindicare studes, quē ita uenustatē dicendi exacte custodiſe, ut tibi uide tur, paucos q̄ illū legerūt cū iudicio, suffragatores h̄a bebis: cloquēs est citra cōtrouerſiū, sed Apher interim & asper: tamet̄ si dū dicit, panē fecit corpus suū, id est figurā corporis, nō indiserte loquutus est. Tu nouā dif ferentiā affers inter Facere & Fingere: & dicis plane cōstare, uerbū Facere, nō aliter quam operatione qua dam in materia, uel re aliqua, & actione ipsa posse ac cipi: Fingere uero rei etiā nequaq; materiali, sed imaginariē cōpetere. Si igitur panē corpus suū fecit, ne cessē fuit, ut id realiter faceret. Sed pacc tua dixerim Bilibalde, ridicula est h̄ec argutia, quū constet facere generale uerbū esse, sicut & Gr̄ecis ποιεῖν, unde poē te nomē habēt, quin & in compositione, significare, et extra cōpositionē, facere memorīā, facere memoriale, loqui solemus, & sic hic loqui dicimus Tertullianū. Iam dū addis: Quo pacto enim aliquid facere potuisti, quod nō subsisteret, sed intellectu tantū, & imaginariē perciperetur? Si aut̄ figuraliter, & imaginariē corpus fecit, iā factura cessat, ac fictio succedit immate rialis. Nescio Bilibalde, dū h̄ec scriberes, an intellectu ris quid scriberes. Certe si panis nō præexist̄eret, ne quaqua illū fecisset esse figurā, uel signū, quæ res præ existētes requirūt. At qui tuū illud corpus, quod in pa

ne statuis, nec intellectu, nec imaginatione percipitur, et tā incorporeū corpus est, ut quale ibi sit, imaginari neque at. Et iterū impingis, dū iterū enarras locū illū, et uis, qd' corpus nō sit figura corporis. Attēde aut̄ qd' non dicit, corpus fecit figurā corporis, sed panē fecit si gurā corporis: corpus enī nō fit hic figura, sed panis. Illud planū et apertū est, coactū aut̄ qd' interpretaris, fecit panē corpus suū, & fecit corpus suū latere sub pa nis figura ac specie. Neq; hoc cōgruit, quod figuram appelleat speciem ac formā: quid enim absurdius & puerilis dictu, quam panē referre, & exprimere speciē corporis Christi? Igitur speciosus præ filiis hominū, non humane effigiei habuit liniamenta, sed formā panis. Panis enim, si hoc modo de figura loqui uoles, speciem habet panis, et non corporis. Inter tot uanissima cōuicia tua male mihi cōsultū esset, nisi deus te tam in crudite loqui sineret. Eadē dexteritate pertinaciter defendis tuū cōsecrare: qd' si nō est magiae patrocinari, nescioqd sit magia: tribuitur enim uis uerbis, quā nec habet, nec habuerūt unquā. Scimus utiq; qd' sit cōsecre re, toties legētes rō & cōcōdū etiā in scripturis sacrīs.

Conquereris, quod tibi roganti, quo pacto uerum Christi corpus per figurā corpore carentē cōprobari ualeat, non responderim. Respondi autem ut oportebat, panem (qui utiq; est corpus, hoc est nō res inanis) figurare corpus, & per ueritatem panis, etiam ueritatem corporis comprobari. An ideo panis non est figu

ra corporis, quia non est corpus animale: sic sanè nec lagūnula contrita non erat figura destruendæ Hierusalem: quia non erat ciuitas Hierusalem: nec tu similitudinem eludere poteris. Bene fido, lector in meam incidentem responzionem, probe disjudicaturum, qualis tu sis artifex.

Pari acuminis uteris, ut probes me deprauasse Irenei uerba; sed si per corpus domini, sacramentum corporis exponere posses, & obseruares quām religiose prisci loquuntur, à cōuicijs cessares. Nemo non uidet, quod uiolētius uerbum Cōstat, accipis. Tandem dixerūt nobis uerba ad loquendū, sub tā rigidis cōsoribus. Peccat ne qui dicet, uerbum scriptū constat ex characteribus, & significantia eorū? Glossa etiā illud parū plausibile est, Eucharistiā cōstare duabus rebus, terrena & cœlesti, hoc est deitate & humanitate. Sed iterū nō urgeo, quia postea emendas, quod cōstet ex duabus rebus, terrena, id est pane, & cœlesti, id est corpos Christi: quod et ipsum iuxta tuum sensum nullo scripturæ fultū est robore. Apud illum etiā licet tibi ex gratiarū actione facere consecrationē mirificētissimā: ignoro quos grāmaticos imitatus sis: tolerabilius erat si Eucharistiā acciperes pro pane sacramētario, ut ad huc quidam uocant, et olim etiā Eusebius, ac alijs nominarūt, eritq; idē quod sacramentum Eucharistie. Et quid mirū? Punici, ut Augustin. testatur, baptismū salutē, & sacramentū corporis Christi uitā appellabāt.

utinam neminem lateret, quid uocabulis ueteres designassent, haud dubito, quin è medio sublatæ essent con trouersæ omnes. Planatibi prosensu tuo uetus istius autoris dicta uidentur: sed quia de sacramentis, ut de sacramentis loqui nescis, necesse est, ut etiam plani tibi obscurafiant.

Iterū Augustinus dū panē mysticū dicit, à uobis reddit, notū enim est quid sit mysticū: quod si mysticus est, & corpus signat, utiq; nō est mysteriū corporis. Qui enim secus loquuntur de mysterijs, uel ex his sunt quos Apostolus dicit non intelligere uerba sua, que loquuntur, uel uerbis abutuntur, præter mentē ueterū.

Et quod fere præterierā, de cibo nostro, & patrū, quia me perstrinxisti temere, & ego Augustini uerba recitaui, qd mirū si dicā, iniuriā in illū recidere? Eius & hæc uerba sunt, siquidē ingratus nō est, contra Faustum lib. 19. Aduersus calunijsam imperitiam Fausti demonstrare suffecerit, quanto errore delirēt, qui putant signis sacramētis q; mutatis, etiā ipsas res esse diuersas, quas ritus propheticus prenunciabat pro missas, & quas ritus euangelicus annūciauit impletas: aut qui cēsent, quū res eadē sint, nō eas alijs sacramētis debuisse annunciarī cōpletas, quām his quibus adhuc cōplēdæ prænūciabātur. Vides res signatas sacra mētis, ueteris et nouæ legis esse easdē & nō diuersas.

Sæpe item tibi respōsum est, quare uinum & panē adhuc

adhiberi necesse erat, etiam si Cypriani ratio non fuerit proposita, quā tamen etiam olim citaram: & dum dico: Nōnne sacramenta sunt? nōnne charitatis symbola? id ipsum respondeo quod Cyprianus. In multis alijs ignorantiam meam libenter fatear, hic si à te dicisse me dixerim, mentior. Putas autē literis, & uerbo externo nihil esse commune cum sacramētis, quod argumentationem refutas, dum dico: Reijce literas. Hoc iterum immerito facis: certum est enim quod literae & uerba materiale quiddam habent, et spirituale, & posset quidem omnipotens deus absq; externis literis & uerbis opus suum perficere: sed sicut literis & uerbis consulit singulis, ita ecclesiam sacramentis erudit & congregat, quam & ipsam nutu solo gubernare posset. Et tu nesciens quo respiciat sermo meus, lepide tecum ludens, subdis: Vbi Christus docuit ut sacrī literis immisceantur edulia, aut quo pacto prædicatio uerbi panis ac meri capax esset? Quid huic crassæ illationi cum uerbis meis negotijs est, è quibus nihil tale uir syncerus collegerit?

Postquam diu & multum, atq; cum fastidio patrū doctrinæ, cōiecturæ, et inconuenietia, uentilata sunt, tandem redis ad uerba scripturæ: & uerba quidem coenæ obiter transis, nec explicas, quare nam aliter exponi debeat, quām, hoc est corpus meum, id est, est corpus uerum, & non fictum. Et quis exponit, panis

est corpus factum? Nō enim sequitur, panis est figura corporis, ergo panis est corpus factū sed potius, est figura corporis ueri, & nō factū, quod frangitur, quē admodū in exponendis sacramentis se gerere decet.

Ad uerba Pauli in priore ad Corinthios 10. Panis quem frangimus, nōnne communicatio corporis Christi est? quae dicis, nō probas: fide dignior erit exposicio Pauli quam ipse adiicit: Vnus panis & unum corpus multi sumus. Vbi iterū nostro tropo utitur, etiam tē nō negante, imò asserente tropum hic admittendū, quod manifeste prospectet. At multo manifestius ostēditur, quando Christus inquit, Hoc est corpus meum. Nam si ab omnipotētia arguendū, & que deo possibile, unum panem, unumq; corpus esse nos substātiue. Si ab indignitate arguendū, & que illud indignū Christo, ut id nobis. Obijcis autem: Hæc Paulus, illa Christus omnipotens deus dixit. Imò & Christus omnipotens per Paulum loquutus est, sed regulam sacramentorum seruat Paulus, sicut & Christus. Quin & tropum in mensis dæmoniorū male diluis, admittis enim in mensis dæmonia, id quod nec ipsi Ethnici dicerent, qui ea in cœlis domicilium habere dicunt.

Subiecto aliū tropū, quē nostro conseruo, nempe si Iudæus de agno suo dicat: Ecce agnus Aegyptius: hic agnoscis tropum, quem in uerbis domini agnoscere non uis. Et indignum censes, Iudæum Christumq; cōferrī. Hoc aut̄ loco nihil periculi erat, maxime quā

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

75

et Christus Iudeus natus sit, Iudei, non fuerint omnes
impij. Quid aut si Christus ipse in cena dixisset: Ecce
hic agnus, qui in Aegypto immolatus: nunquid agnus
confestim resuscitasset: sicut probabile esset, per conie-
cturam illa ita loquitur esse: et quoniam non idem tropus
agnosceretur, quem mox subdat de pane, Hoc est cor-
pus meum? In tropis cognoscendis nihil certius est,
quam si tropo conseratur tropus.

An feliciter tu explanes haec uerba Pauli, Qui ede-
rit panem hunc, et biberit calicem domini indigne, reus
erit corporis et sanguinis domini? Inde licet coiecta-
re, quod Paulus non dicit, qui comederit corpus. Tu uero
inquis, quicunque; solummodo panem comedit, et non etiam
uerum corpus Christi, ille nequaquam reus erit corporis
et sanguinis domini. Vis ergo reum esse cum solo, qui
edet corpus? At mens Pauli in epistola ad Gala. et
Hebr. etiam eos esse reos mortis Christi, qui uel pro-
ximum offendunt, qui per Christum redemptus est, uel
qui in Iudaismum recidunt. Verum tu de cena nunc
loqueris, quam nolis praesenti carne destitui.

Ridiculum item est, quod sic arguam: Si quis irride-
ret aquilam isthinc in portis, reus fieret etiam iniu-
riarum reipublica. ergo irridere aquilam, idem est quod
manducare. Nihilominus comparari possunt, irrideri
signum aquilae, et indigne edere sacramentum cor-
poris: quia utrobique signum, utrobique indigni-
tas, utrobique iniuria cadit in id quod significatur.

In alio loco iterum tropum agnoscis, et illi nostro nō permittis cōponi, nempe dum dicis: Omnis uir prophetans probro caput suum afficit: dementiamq; existimas hominem tam stupidum, qui caput in capite se putet gerere. Quid autem si & alius dementiam dixerit, quod non solum credas caput Christi in ore te habere, sed etiam totum corpus eius in pane, id quod longe minus uerisimile? Hic sermo Pauli iterum cum sermone Christi non existimat tibi comparandus, tametsi tropos cum tropis conferre nihil prohibere debebat.

Infringere autem niteris & ea que pro seruādis testimonij meis adduxi, sed nihil efficis. Contextus sermonis testatur carnem nihil prodeesse ad csum carnalem, etiam non lanionum. Et fateor me expositio nem impiā dixisse, uerū hoc feci, Augustini autoritate fatus, qui lib. de doctrina Christiana 3. aliam quām spiritualem manducationem carnis Christi, flagitium uocat. Quāmuis autem si tu carnem pro carnali intelligentia accipias, neq; sic euades: nam intellectus ille tuus non solum carnalis est, sed omnino uanus, & somnio similis. Veteres haud suspiciati sunt talem post se posteritatē surrecturam, que talia somniaret.

Citando autem illud ex 24. cap. Matthēi, spe etā bām ad articulum fidei, quod aduenturus sit Christus sicut à discipulis abiit, cum corpore suo ad iudicium: quod

quod tu dissimulas, & colligis: Erunt falsi prophete,
 ergo corpus Christi sub panis specie haud continetur.
 Quid ad me illa tua argumentatio? quam ex dictis
 meis, nisi irrisor esses, non exciperes. Similiter que
 de abitione Christi ad patrem loquerer, attendi ad ar-
 ticulum fidei, Ascendit ad cœlos. Quamuis autem cor-
 pus Christi in cœlo, non tamen illud perpetuò sedens
 dixerim. Beate habet scio, sed propterea non
 erit simul & semel in diuersis locis.

Quod philosophos mihi opprobras, immerito fa-
 cis, neque enim audio illos in articulis fidei. De resur-
 rectione & ascensione satisfaciant scripturæ, de tua
 impanatione non item. Insuper quod corpus glorifi-
 catum comedat, quod intret clavis ianuis, quod omnia
 ei cedant, non est apud me miraculum, quando corpo-
 ris glorificati dotes cogito, nam id uarijs modis absq;
 magno miraculo fieri colligo. Esse autem idem corpus
 eodem momento in diuersis locis, quum non sic expe-
 standū iusserit Christus, nullo modo est persuasibile.
 Ab articulis fidei, ne feras ægre, trahi me non patiar.

Iterum cognoui, quām nihil uel roboris, uel ingenij
 uel dexteritatis, tibi sit ad subuertenda ea que statue-
 ras. Laus deo. Verbum eius adhuc saluum est, ac erit.
 Veritas impugnari potest, uincere non potest. Qui fodit
 foueam, incidit in eam: qui dissipat sepem, mordebit
 cum coluber. Nam quām bene & strenue te gesseris,
 satis notum erit, si & mea legi contingat.



Eruenio tandem ad delicias tuas Ari
stophanicas, ad scommata, conuicia,
& crimina illa, quæ mihi falso à te
objектa sunt: & si maxime uera es-
sent, ut sunt multo uanissima, nihil
tamen ad hanc causam faciebat. Potuisse utique &
ego more tuo ludere: Non sequitur, Bilibaldus nō bi-
bit uinum, & non eget nummis, ergo corpus Christi
est in pane. Non sequitur, Oecolampadius egredens est
à monasterio, igitur panis est substitutus corpus Chri-
sti. Sed abstinui. Verum ea quibus respondere necessa-
rium, tanquam perierga, ne causæ obescent, in hūc po-
strem locum reieci. Quām mallem & hæc obtice-
re: uel si omnino tibi cordi erat, mallem te hoc priua-
to libro egisse, et me coram senatu, uel Basiliensi, uel
imperatorio accusatum legitime, quām quod maxi-
mam partem chartarum solis imples contumelijs.
Nunc autem quid faciam? Excusabo me? sed tu excus-
ationem nullam recipis: & ante me furibundum,
& arrogantem, & hypocritam fortasse vocabis,
quām audies. Tacebo? sed silendum esse nulla honestas suadet.

Scio quidem transeundum nobis per bonam ac ma-
lam famam. Scio quod ueraces quoq; seductores di-
cuntur. Scio beatos nos, si propter gloriæ & euange-
lium

lum Christi, omnia probra in nos cōiecerint, & ma-
ledixerint omnes homines. Scio nihil nos ita deo pa-
tri cōmendare ac δε μνησικάρια. At qui propterea
non debeo infamator esse mei nominis. Sicut enim ὁ
τόχαιος ceteris homicidis magis ignominiosi sunt:
ita & hi qui famam suam, qua prodeſſe poſſent proxi-
mo, indenigratam seruare non student, infamiores in-
re cenantur. Bono mihi testimonio magis opus est, q
ungento precioso. Nam quū mihi incubat annuncia-
re uerbum domini, infidelis et mihi et alijs ero, niſi me
expurgauero, id quod & olim ad ſcribendū impulit.
Non ignoro uerſutias satanae, defamare cupit me, ut
conficta habeantur, quecumque ex ipsissimis scriptu-
rarum archiuis depropnſero, ut ita per me male au-
diat uerbum domini. Hoc agit per papistas, hoc &
per catabaptistas, qui ex utroq; latere impugnant.
Hoc nunc & per exterios attentat. Quare mihi deef-
sem? Abſterſit & Christus crima in ſe cōiecta, nem-
pe testimonia ſua eſſe uera, nō habere ſe dæmonium,
ipſum de criminē nō posſe argui. Excusauit Magdale-
nen, excusauit & diſcipulos.

Veritatem, inquis, citra apoloſiam hanc docere
poſſes: at ego neſcio, quandiu, quāmuc utiliter poſ-
ſem: niſi enim famae mē laboranti ſuccurrero, ue-
reor me ferē perditum. Patiaris tu uel id unum, ut
me excusem, te autem non accuſem, Adhuc per grā

tiam dei bene te habere animo, corpore, opibus,
& fama precari possum, & precor: sed tu nimium
emungendo sanguinem eliciuisti. Tibi imputaueris, se
aspergaris.

Nolim propterea haberri sanctus uel sanctulus,
neq; unquam de sanctimonia operum meorum gloria
tus sum, ut me traducis: scio me peccatore, & fateor,
cōtentusq; sum iustitia & sanctitate Christi dei mei,
qui nunc illum mihi de sua benignitate spiritum tribu
it, ut in nouitate uitæ ambulare, sanctificariq;, & illi
placere cupiam: id enim omnes debemus, qui Christo
nomen dedimus. De hypocrisi non est quare tibi,
aut ulli hominum rationem reddam: quicquid enim
dicitur, homo mēdax hypocrisim uocare poterit, non
enim scrutari cor hominis potest. At dies domini re
uelabit, qui nam hypocritæ fuerint, nunc iuxta exter
na & uerbum domini iudicetur.

An tu forte ideo putas me mihi placere, & sancti
moniam mihi arrogare, quod me innocentissimum di
xerim? Verum quum latine calleas, scis quid per inno
centiam significem, nempe quod desit mihi animus
nocēdi proximos: et gratias ago deo meo, quod nem
nē nocui, nisi eos qui se primos nocuerūt, imò optabā
prodeesse, et adhuc opto, etiamsi sexcēties inuidiosior
futurus sim. Peccatorem, ut debeo, me iterum fateor,
sed cum damno cuiuspiam nolim esse peccator. Esto
autem

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR.

31

autem alijs damnosus fuerim, in te tamen non admodum ualde peccavi. Igitur haec perierga boni consilio, & candorem, quem tu mihi restituere debes, sine per satis factionem uerissimam mihi uindicem.

Primum igitur iniuriarum & utriusque collocabo, ut equus lector & meam immodestiam, & tuam aequalitatem uideat. In primo libello, cui titulus de uerbis coenae, aduersarios meos, non tanquam homines malos, sed tanquam errantes aggressus sum, magis studens abstergere a me, quam inuovere illis notas: idque ea modestia, ut Erasmus ipse, alioqui causae nostrae parvus fatus, in Hyperaspiste contra Lutherum, nullis me conciliis egisse testatus sit. Sunt autem haec fieri omnia, quanta nunc occurruunt, intemperici mei uerba, quibus incessito se dicere possunt. Appellatis sunt Crassuli & acuti, Scythae carniuori, contemptores nostri, & quod opinio eorum accedat ad Marcionitarum haeresim. Haec illa intolerabilia uerba, quibus scilicet coelum ac terram miscui: quae tam etiam optimo uiro citra famam iacturam obijci possent. Quid enim uerba illa uolunt, quam quod error ille crassior, & periculosior, multaque inconuenientia, & absonta contineat? Monentis est praedicere periculum, amici est errantem admonere erroris. Liberi est, etiam quantum aberretur, libere dicere. Non ne monentis uerba sunt, quum dico: Nisi probe cauerimus, ac circumspecti fuerimus, fieri potest, ut impingam

f

mus, uel in idololatriæ crimen, uel in crassæ cæcitatib
uersemur caligine? Italoq nō fuerit cōdēnare. Quid
est quod Crassulos uoco, quum error sit crassissimus?
Quid item quod Scythes, carniuorasq; animas uoco?
nōnne et hoc de errore dictū? nā si carnis carnalē que-
rūt mādicationē, quomodo nō carniuorē? nūqd plus
impietatis est in nomine q; in re et siquidē hūc errorē
defendere placet, nōnne Scythis et Capernaitis uos cō-
parare licet? etiā si illis in externis rebus alijs sitis hu-
maniores. E quidē ιχεώφερος πνθιμοτιμος nō solū
appellari, sed et esse opto. Porrò lōge alia est ratio, de
erroribus loqui, q; de criminibus: nō est propterea hæ-
reticus uel Marcionita, uel Capernaita, si q; in aliquo
particeps sit erroris illorū. At qui furū & latronū est
socius uel princeps, eadē utiq; infamia taxabitur: erro-
rē aut̄ ego cōmonstrabā, crimē nulli personæ obijc̄ies-
bam. Sinas igitur ut excusem uos, imo me, qui accusā-
re uel condemnare nolebam.

'Cōfer nūc quibus cōuicijs laceſſiti simus, anteq; ego
scribere cogitarē. Fuere qui sequuti Lombardū, nos si-
bi nō cōsentientes, appellaret insanos, blasphemos, cō-
tradicētes ueritati, desertores uerbi, hæreticos, derogā-
tes omnipotētie patris, irridētes filij sapientiā: et alijs
nominibus, ē subliminos despiciētes, ampulloſis et ſe-
quipedalibus uerbis coram populo, infamabant, &
ad ignem, actormēta rapiēdos postulabant. Et multū
illorum

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. 83

Morū furoribus condēnati, ne ueritatē amitterēt, uita
præsentī carere maluerūt. Igitur tūc scribere haud in
tēpestiuū erat, quū exercere ecclesiā cœpit id genus ar-
gumēti. Et nondū uideo, quomodo potuisse tractaſe
serem modestius post tantas contumelias.

Statim aut̄ insurrexerunt, qui in me scriberēt, sa-
tisq; ardēter: tu quoq; me tā atrociter inuafisti, quāſe
te corā iudice accusarim. Quæ crima à nobis depel-
lo, & excuso, tu cumulatim in me immeritū regeris.
Vbi leui digito erroris uestri ulcus tango, tu effundis
plaustra conuictiorū, & grandinas fulmina calumnia-
rū. Redi ad priorē tuā responsionē, & uide quantum
me longanimitate præcas: nec enim tu in errorē, sed
in me sermonē amarulentū uertis, statimq; ab initio
traducis ut male dicū, autorē diſſidij & rixarū, sophi-
ſiā, rabulā, inconstantē, arrogantē, censemē angelicū
quiequid mihi placet, diabolicū uero quod disſipet,
redigentem omnipotentiam dei in ordinem, inuertern-
tem uerba Christi, deprauantem omnium autorum
ſententias, contumelia afficientem ſpiritum sanctum,
conculcantem testamētum dei, perdentem conſcien-
tias: & quod maxime omnium grauauit, & ad ſcri-
bendum prouocauit, ausus es me absque omni pudore
iñſimulare, quod aſſerā Christum non uerum homi-
nem, ſed phantasticum fuſſe, & in hoc Marcionitis
piorem, quod nec fictitium Christum relinquam.

Hec est illa modestia tua, quam in priori responsione ostendisti. Dixeram quosdam è sublimi nos despicerem. tu uero dicas, quod contemnam omnes. Permisaram lectoris iudicio, post rationes positas disjudicare, quis nam insana loqueretur. Dixeram Rapsodū ex scho-
las abhoruisse ab inconuenientibus, maluisseq; ponere transubstantiationem, quām ea admittere, & euadēdo Scyllam in Charybdi naufragium fecisse: tu autē quāse patronus illorum in me profilis uerbis istis: Atqui tu potius malo, impio, & uertiginis impelleris spiri-
tu, non secus ac Enthei, & Mimallonides in Bromiū festo: licet ille tibi sub boni angeli specie imponat. Et esset profecto tibi condolendum, si in opinione tua cīc complicibus solum insanires, nunc uero nō solum cum Capernaitis retro abis, & uerborum Christi existis incapax, sed deliria tua non sequentes, & continuo fidē denegantes, acerbiissimis laceras conuicijs, & idem
tidem heresis infamia aspergis: quum interim nec tibi constes, & nunc uacillando, nunc subterfugiendo,
nunc te Prothei instar in omnes formas uertendo, pā-
lam metum tuum, & dubiam mentem tuam ostendas.
Et quum penitus te nihil effecisse cognoscas, uictoriā
tibi polliceris, tanquam planè aduersarios superau-
ris, & cuncta ex animi tui sententia peregeris. Adeo
tibi impietas sub ueritatis specie arridet, & te nāso sis-
pendit adunco; & uere tu dum Scyllam euadere co-
naris.

uaris, non in Charybdin, sed in barathrum incidis te
nebrarum. Hectu. En Bilibalde modestia tuam,
quantum hic cefisti mihi? quantum condonasti? hoc
ne est pacifice loqui? hoccine est amicum monere? hoc
cine est sequi Christum?

Postea dum dico: Iam quæ auris Christiana Mar
cionitarum hæresin ferrit patienter, qui hac uestra ex
positione suam tutari nitebantur hæresin? & postea
subiungo: didicisse nos, Sententiarios etiam inuitos, et
ignorantes ad Marcionitarū hæresin accedere. Hæc
illa mea aspera uerba sunt. Marcionitas' ne ideo uos
dixi, quia illi uestris armis utuntur? Sic & Christus
blasphemus erit, quia milites blasphemici eius uestibus
induti sunt. Possunt & boni malorum, & mali bono
rum armis uti. Quomodo item magis ab hæresi po
tuisse excusare, quam quod ignorantes, & inuitos
ad hæresin dixi accedere? qui ignorates & iniuti acce
dunt ad hæresin, hæresin non probat: q hæresin non pro
bat, heretici non sunt. At tu multo secus agis, respodes
in hac uerba: Porro non satis erat omni cõuictoru gene
re nos, pscidisse, nisi etiā labi Marcionitarū aspersisses:
pfecto non faceres, nisi illorū instar phantasticū corpus
Christo attribueres, quod tactu & oculis illuderet.
Et subnectis: Demum uir bone, nequaquam ad Mar
cionis accedimus hæresin, ut tu nos insimulas: sed tu
cum complicibus tuis, & Righardis non solū Christi

carnem in pane latentem negatis, sed ne fictitium
quidē Christum admittitis, tanto Marcionitis inferio-
res, quanto illi minus insanibant. Admittebant enim
in pane carnē, at Christo illam non adimebant, nō ob-
diuinæ potentiae impossibilitatem, sed quia indignum
illis videbatur altissimi dei filium carnis subire misé-
rias. Hęc tu scripsisti. Quid dissimilius modestiæ, gra-
uitati, ueritatiq; quām hęc tua uerba? Quis te cre-
det affectibus non obnoxiiū hęc scripsisse? aut certe tu
simulator es egregius, iracundissima uerba scribens,
et irae affectionem non sentiens.

Obmutescerēne putas ad tantam calumniam Chri-
stianus? Nec tu, nec omnes Pyrkaimeri, nec totus mū-
dus conuincetis me Christo carnē adimere: non enim
propterea Christo carnē adimimus, si impanata eius
carnē non asserimus. Hanc certe unicā calumniā, nec
debui, nec potui diſsimulare, unde et respōſio mea à
te extorta fuit, in qua res ipsa testatur, me nō conuicē-
conuicijs retaliasse, sed quē ad innocentiam meā oſten-
dendā faciebant et omitti nō debebant, protulisse. Le-
niter enim te tracto, et cōtinuo mitigare soleo, si quid
durius et acerbius effundit stilus. Quædā dicere coa-
etus sum, et si tacuissem, sola excusatio clamaret, quæ
lia hæc sunt, tibi esse traducendi amici officiū, calumni-
as, morsus, malcdicētiam, cauillos, superstitionem, at
scrītū Manlianam, que tamen suo loco non tā am-
ra sunt

rasunt, ut quum nūc in unum cōgeruntur. Quoties te
excuso? & in alios culpam reijcio? Dolebam enim &
adhuc dolco uices tuas. Porro his uerbis admoneba
re officijs, ut quid egisses agnosceres, & post hac te mo
destius gereres. Nisi enim mordax, et maledicuſ, et ca
lumniator, et superciliosus, & austerior, ac hebetior
fuſſes, nulla excusatione opus erat. Annon erat intel
lius carnalis, et expositio impia de carnali cū carnis
6. cap. 10. exponere? August. certe flagium uocat.
Nōnne supercilium erat afferere me barathro tene
brarū incidisse? Annon & impudens calumnia, quod
dicis me nec ficticiū Christū admittere, qui in annun
ciando Christo sum occupatus? Non cogitas quid po
tuissem dicere, si nō lenitate magis q̄ cōtumelij sūndi
care me uoluissē: uel si ea acerbitate animi, qua suffi
caris, laborassē: At nōdū infanio, nōdū ad desperato
rū arma cōfigio, meliore, certioreq; causa fretus sum,
q̄ut sic muliebriter tecū corrixe, imò causæ bonitas fa
cit, ut serio me, et infracto animo respōdisse cognoscas.

At sitā indigna meo officio sunt hæc, cōpone mea
cū tuis, et statū meū cū tuo, et uidebis uter modestior.
Tu securus, ego periclitor: tu plebem nō docuisti, ego
populum quotidie exhortor: tu uerba ſomachatio
nem, mea autem necessitatē declarant. Mea certe re
ſponsio tue autoritati non p̄ejudicasset, ſalua eſſe
poterat fama tua, tametq; nimium emulatus fuſſes.

Porrò præter expectationē hac lenitate nō extinxi,
sed furere feci animū tuū, aſsequutus secundā reſponſionem illam, imò inuectiuam, imò conuiciorum lacu-
nā, & promptuariū: in qua id unū me beat, quod plus
quām immodice agis, tui oblitus opinor. Nā quū sapi-
ens parce laudet, parcus uituperet, n.e tu ſupra modū
uituperādo id efficiſ, ut minus tibi habeatur fidei, neq;
ueriſimile eſt terrā geſtare hominē, quale tu me facis.

Cæterum ut ad omnia que in hac reſpōſione in me
euomis, reſpōdere, eſſet de temeritate cōtendere, imò
prolixum, ac tædiſ plenum foret commemorare, ita
omnia tacite diſſimulare eſſet famā propriā crudeliter
negligere. Quid multis tractarē, quod me uocas or-
ganū satanæ rabiosum, uirulentū, ſerpentem, iſfanam
belluam, pertinacis & iſfanabilis ingenij, nouum pa-
pam, nouum legiſlatorem, præſtigiatorem, auræ uul-
garis mancipium, frontem perfrictā, Christo non cre-
dētem, lupum personatum, fidei nullius, Thraſonibus
gloriosiorem, ſycophantarum uerticem, & uirum in
quem beati Iude epiftola quadret. Paucos quoſdam
floſculos illos decerpſi, quibus tu mihi insultans moro-
ſitatē meā, tuis uerbis utor, exhilarare ſtudiuiſti. Ex
tā mansueti cordis theſauro, tam ſuauię & amica uer-
ba manāt. Hæc tā portet oſa reſpōſo nō egēt, ſicut nee
tenuia alia, e quibus tamen cādor animi tui nō minus
ſit perſpicuus, quando mihi mendicimonium, qui nec
parua

parua, nec magna ab ullo mortaliū mendicaui, quando ocium, plurimis occupato, quando affectationem stili & elumbe dicendi genus obiectas, ad solam ueritatem spectanti. At non licet silentio præterire calumnias quasdam, & suspiciones, tua quidem rhetorica fucatas, re autē ipsa uanissimas, quibus me orbi suspetum reddere, & ut cœpisti, omnē apud omnes fidem mihi surripere, & quantum in te est, in periculum capitum uocare conaris. Eas enim diluere, & mea, & ecclesiæ, cui seruio, interest, cuius tu multos bonos uiros à quibus foucor, dishonestas. Ego enim si talis sum, à bonis uiris nō tolerari, sed statim ē medio tolli debeo.

Dicis autem inter alia: Cæterum nec hoc quidem ad rem, quicquid illi cum Müntzero & Carlstadio cōmune fuit: ex quibus ille tot homines in necem protraxit: alter autem post multas seditiones excitatas, impias suas reuocauit opiniones. Malo profecto ex alijs, quam me audiat, quid nam ipse Basileæ ausus fuit, quid complices eius ex urbe illa pepulit, quid illum ibi retinuerit, & quir tandem libri eius ibi uendi, ac imprimisint prohibiti. Ego certe perq̄ humaniter do lui, ac illum admonui, postquam intellexi famam eius in tormenti denigratam. Utinam ipse solum æmulos suos male accepisset, & non indifferenter im omnes fuisset debacchatus. Verum quum omnes ab eo disserentes, idololatrie et hæresis criminis famose perstrin-

xit, ne quaquam indignari potest aut debet, si ex omnibus uel unum excitauerit, qui illi respondere audeat. Hæc tu scribis, que in hoc solo uera suut, quia nihil ad rem, sed uere uana sunt: nihil enim negotij fuit mihi cum illis, ut propter eos peius habere debeam. Nihilominus autem talibus occupationibus, innocētie meā graues struuntur insidiæ: & si quidem seditionis mea simpliciter uocares, neglectis circumstantijs, à socijs, à loco, ab inquisitionibus, apud auditorē, cui mores mei ignoti, & uita incomperta, minus moueret, qui et alijs te affectibus indulgere cognoscit: tot autem suspiciones simul congeste, alienare & amicissimos possent. Eradicandi itaq; stirpitus calumniarum tua rum conatus, ne uerbo fidei, quod per me dominus annunciatore dignatur, præiudicent.

Quid cum Carlstadio mihi negotij fuerit, sepe testatus sum, nempe quod à facie illum nunquam uiderim, intra septennum autem, ne literis quidem salutau. Quid autē mali si aliquot eius libros legi, quos tamen nō usquequaq; probauis? Nunquid autem ideo cum eo multum mihi commune, quod nō disenserim in re eucharistiæ? hinc ne tantum periculi? Non est ergo ut ponas triadem satanicam, fac & ecclesiam Christi, si ita uis, diabolicam Reuocauit nunc ille, ego igitur si à Carlstadio penderem, etiam ipse reuocarem, sed alijs nitor præsidijs. Nō ignoramus tamē ut reuocari-

carit: neq; enim inde multum glorie ad uos redit.

Neq; multo plus cōmerciū cum Muntzero, qui in
necem aliquot hominū millia protraxit. Et quid mi-
ser discepitur adbuc mortuus? Dicis quod fama mea
detraxerit in tormentis. At ego de hac fama audiui
ne unum quidem uerbulum unquam, nisi quod tu per
literas cōmonueras, & nunc famam nō famam literis
excitare niteris, ut fama sit, ubi fama non erat. Aliás
fama tam praui fictiōis tenax, quam nuncia ueri, ut
poēta dixit: hic uero p̄eter figmentū nihil tenet, si
quidē est fama: neq; enim propterea fama erit, quod
famam esse scribit Bilibaldus. Antea me familia-
ribus literis satis factum tibi arbitrabar, quam non
sim conscius mihi ullius id genus mali: nunc tu pro
Christianā charitate tua, spargis in totum orbem,
& mendacem famam sciens, pullulare facis. Quod se-
uera fama fuit, cur non à dominis eius sub quibus pe-
riſt, ad Basilienses scripta sunt, quæ ille confessus est,
ut de me illi pœnam sumerent? Dicere debebas, quæ
nam illa, quæ malus homo contra me in tortura testi-
ficatus est. Quid si quis & alterius ante annum occi-
ſi, confessionem fingat, ut aliquid habeat criminis,
quo innocentem perdat? Putas ne mox illi fidem fo-
re? Hic uester in fratres amor, hæc fides. Cæterum
quia urges, audi iterum, quod antea etiam tibi indi-
caui, & uide quam deceat te in vulgum tam maligne

inuidiosum uerbum seminare.

Vltra biennium est, quando hic uenit Munzerus, uetulo quodam rustico comitatus, cuius nomen adhuc ignoro, inuisit me, fateor, salutauit, et colloquij copiā petiit: uerum quia non uacabat, iussi incognitum redire ad coenam, miserebat enim me exiliū hominis ignoti. Nunquid propterea Munzeranæ coniurationis conscientius ero, quia ignotum exulem, quem ego bonum uirum putabam, ad mensam meam admisi? Nunquam tu in hospitibus, & pauperibus falsus es? In cena autem quantum memor sum, non sunt alia tractata quam hæc.

Exhortabamus primum nos mutuum ad toleratiā crucis Christi, quum nondum edixisset nomen suum. Et quid ad seditionem pertinet de cruce domini commenta? Utinā ex animo tunc loquitus esset, fortassis & se & multos alios seruasset. Tandem expiscatus nomen eius, indicaui quam dolorē de suo, Lutheriq; dissidio. Mox ille se indigna multa à Lutherō passum dicebat: querimonia tamen sua ad laudandum Lutherum magis extimulabat, cuius quum probarem ingenij acrimoniam, & infatigabilem zelum, inexorabilem tamen iram, & fastum minime theologicū, cum superbis alijs moribus, quos ille narrabat, quāuis nō crederem, probare tamē nō poterā, et quod fortasse in tormentis confessus est. Et in hoc

me

me exosum fecit, quia de Lutherò ut homine sensi, cuius uitia non probarē, sicut nec mea probare possum. Ita tamen ostendi mihi disPLICERE dissidium, ut conuictum hospiti fieret fastidiosius. Cōuertimus ergo nos ad alia, rogabamq; ego, quem morem in administratis sacramentis seruaret in ecclesia sua. Et quantum teneo, prior sermo erat de baptismo. Referebat autē, quod puellos baptizaret, sed uno uel duobus mensibus semel, idq; prēsente frequentiore ecclesia, quo baptismi mysterium populo magis commendaret. Neq; improbabam hoc, eo quod legem non ferebat, neq; libertati Christiane præiudicabat. Quæsitum est autē de eucharistia, de qua ille nihil certi proferebat, tametsi non crasse sentiret. Demum de magistratu loqui cœpimus, & de regno Christi: in quo colloquio certus sum me nihil dixisse cōtra magistratum, quem diuina ordinatione ad coērcendos malos datum & obseruandum cognoui. Submissitabat tunc, & à plebe officiū sui magistratum admoneri, & in ordinem redigi posse. Cui respondi: Domini est transferre regna: in his quæ contra deum non sunt, subditorum est obedire, nisi ius eligendi, & retinēdi principem apud illos sit: quod autē ius illud apud illos sit, uiderint ipsi ut probent. Videbatur & huic responso non prorsum subscribere. Sed quid ad seditionem innocens hoc colloquium? Fieri potest, quod & horum sermonum

in tormentis meminerit. At si uerba mea fideliter dixit, causæ ipsius non profuerunt. Anxie enim illici commendaui, nostrum esse, prædicare Euangelium Christi, & omnem iustitiam. Reges sine nobis sua regna gubernent.

Facta cœna, gratias habuit mihi, iusſi autem ne insalutato me hinc abiret, sed ad me non redijt, tam gratus eram illi. Ex eo tempore nihil omnino mihi commercij cū illo. Quid igitur ad me, quid nam tortores rogarint, quid ille fortassis per infirmitatem carnis mentiri potuit: tameſi planè nullū uerbum malū de me loquitū crediderim, niſi fortassis quod de re eucharistiæ non senserit mecū. Habet Muntzeranū negotiū totū, quid inde colliges? Res ipsa declarauit me hic interim innocenter egisse, quamuis etiam de hoc orbi meras & pernicioſas obtrudis nugas.

Nam quod hic dicis: Malo ex alijs quām ex me audiat, quid Basileæ ausus fit. Id calumniæ pleno ore postea uno & altero loco profers. Ita enim scribis: Utinam multa perquām utilia ac pia conseruare uoluisssem, quæ à plerisq; parum considerate sunt abrogata, è quorum numero ipse præcipuus est, & antesignanus. Quām sapienter uero in multis egerit, res ipsa demonstrat, tameſi nec ipse ignominiae fit expers, quum libri eius exuruntur, ipse uero palam impius habeatur & infamis. O si potuisset omnia illi ad

illi ac turpissima quidem licuissent, etiam si absque
humani sanguinis effusione debuissent fieri. Nouit
hoc Basilea, que paulominus eius temeritate fuit
subuersa. Et in alio loco de pseudopropheticis: Sed
quis nam tantos concitauit tumultus, & discordia-
rum iecit semina? Nemo profecto, nisi pseudopro-
phetæ, & hypocitarum turba detestanda: qui quum
nec ad gubernandam haram porcorum sint apti,
omnia tamen antiquare, & immutare audent, quum
interim nil immutare, aut in meliorem statum re-
ducere queant. Nec mirum, quum omni experien-
tia, & ciuili careant prudentia, ac non nisi proprium
querant commodum, si etiam rerum euentus teme-
rarijs eorum respondeat coepitis, & consilijs, ta-
metsi post acceptas culpa eorum calamitates, omnes
innocentes habere uelit. Evidem nisi senatus Ba-
siliensis prudentia sua ἐπάντιος huius suppressio-
set conatus, frustra iam acceptum deploraret incom-
modū. Non enim salus animarū à quibusdam queri-
tur, sed id potius agitur, ut illis ad honores et diuitias
patere possit accessus, etiam si id cum omnium hominīs
fiat iniuria: uerum hic affectus meos cōprimō.

Hucusq; te audiuiimus, satis declarantē quantum
me commendes ecclesiæ meæ, ciuitatiq; Basiliensi, &
toti orbi. Hypocitarum & pseudoprophetarym me
principem ac antisignalū facis, autoremq; tantorum

tumultuum. Hoc scilicet est, quod ab alijs mihi dici uelis: sed nemo bonus uir unquam me conuincet, tale quiddam uel ausum, uel attentasse, uel cogitasse. Dic bone, uel unicum facinus, idq; minimū, quod ausus fuerim hic contra uerbum dei. Dic quid unquam atten-
taui, quod ciuitatem Basileam incommodare posset.
Proba quod aliquid docuerim, quod saluti animarum sit perniciosum. De eucharistia nihil adhuc probasti, in alijs multo minus poteris. Dic, quae sunt illa incon-
siderate abrogatae qui tumultus per me excitati? Se-
ditiones istae per Germaniam antequam liber meus
editus est, natae & extinctae erant: & non docet ille
seditionem, sed charitatem, et obedientiam. Basiliensibus in hac re ut fidem faciam, haud opus fuerit. Basileam testem uis, age Basilea testis esto, que sola uera
testis esse potest. Testabitur autem, non quod tu dicis,
se paulominus temeritate mea euersam, sed docere
me fidem in Iesum crucifixum, docere charitatem in
proximos, docere ferendam crucem, docere nouitatem
uite in Christo: quae ad seruandas, non perdendas
ciuitates pertinet. Testabitur item tantum abesse, quod
docuerim doctrinam quae iubeat tumultuari, ut affiro
met me docuisse Euangeliū, quod ipsam a tumultibus
seruauit, & exosa faciat omnia bella: tametsi non raro
aduersarij nostri sua maledicētia, suisq; calumnijs
Christianū cupientes prouocent. Ea inquam
Basilea

Basilea testabitur, quæ sermones meos audit, ingredi
entemq; & egredientem me uidet, ac omnem uitam
meam scrutatur. Aut dices tu Basileam testari, quic-
quid scurræ, quicquid improbi, quicquid mendaces ef-
futuerint, qui fortassis me nunquam audierunt docen-
tem, & de rebus pijs audire nihil uolunt, qui absq; ob-
treccatione tria uerba loqui nesciunt, & in hoc se stre-
nuos, ac religiosos arbitrantur, si ecclesiastis maledic-
cant. Edic nomina eorū, qui hoc de me hinc ad te scri-
pserūt: tandiu habe eos pro mendacissimis nebulonis-
bus, & uere seditiosis, donec legitime apud magistra-
tum super hoc crimine me conuicerint. Non est tam so-
mniculosus senatus noster, neq; tam infirmis præsidij s-
munitus, ut me, si tam perniciosa bestia essem, è medio
tollere uel non posset, uel nolle: neq; ego hisce substa-
dijs firmatus sum, ut sontem me punire non audeat.
Obortus quidem est in agro Basiliensi tumultus, con-
globatis rusticis, quos senatus statim blandis sermoni-
bus, magnaq; prudentia sedauit, & ne gutta quidem
sanguinis humani utring; effusa est. Verum quod in
agris actum, quid ad me? ego hinc ad docendum non
sum egressus. Quid, quod in ciuitate ipsa, quū aliquot
quasi seditiosi ad senatum delati essent, & examinati,
et nihil cōtra me dixisse, saluus ipse experior, & ipse
adhuc uiuunt ciues Basileæ: quir aut non tanquam sedi-
tiosi occisi sunt; certe senatus noster iniustus non est.

nec seueritatis sue in male obediētes obliuiscitur. Con-
iectus fuit & tunc in custodiam Marcus Berzios, ec-
clesiae diui Leonardi, quæ hic populosissima est, ecclae-
siastes, syncerissime docens: eūq; nō solū ij qui rogare
iussi sunt detentū, nulla labe asperserūt, sed & innocen-
tissimum coram senatu pronunciarūt. Quomodo igis-
tur ego tam pestilens, tam seditiosus, tam infamis, si-
cūt me traducis, saluus mansi, & expurgare me corā
senatu non sum iussus? quum aliās de rebus friuolis, se-
cum hoc crimine componas, non semel ad rationē redi-
dendam uocatus sim, libenterq; comparuerim. Sæpe
quidam aduersarij nostri talia confinxerunt, ut inno-
centibus negotiū facerēt. Laudo in hoc senatus nostri
prudentiā, sed multomagis diuinā misericordiā: nam
quū papistis suum nugari pro suggestu libere permit-
titur, & nos quæ Christi sunt de promimus, miraculū
uidetur multis, unde tam diuturna pax. Certe si tam
seditionem atq; crucem probaremus, haberet quæ iu-
ste de tumultibus obijceres. Spero autem in domino.
quod pacem etiam in posterum non sit dengaturus.
nisi omnino aduersarij fideles opprimere studuerint.
Dic quare me trahis in suspicionem rusticarū cla-
diū: nihil ego illis consului, nunquam eos docui. Sed
& hic quid eo tempore docuerim manifestum, audie-
runt enim me non pauci ex senatoribus, quām dehor-
tatus sim ciues, ne rusticorū negocio se se immiscerent.

Conse

Consiliū enim hoc nō esse à domino scripturis ostēdēs,
forte fortuna epistolam ad Colossenses enarrabam,
maxime de officio dominorum & seruorum. Hec no
uit, hæc testatur Basilea. Male autem mecum ageretur,
si in fauorem nominis mei coniurassent omnes, ita ut
nullus obtractator supersit: quomodo enī esset seruus
Christi, si hominibus placere uellem? Sint igitur ob
tractatores, fingantq; quantum libet, non igitur mox
hoc quod fingunt, Basilea testabitur. Nulli ne & te
à tergo pinsunt isthic, qui & in alias urbes uana de te
scribunt? Absit autē, ut propter tales Nurenbergam
in testem temere produxerim.

Commemoras autem, & complicum meorū quo
dam urbc expulsoſ. At nulli mihi complices fuere, ſi
nomine hoc societatem impietatis obiſcis. Quinam
illi ſunt, dic nomina, ut uel illi ſe defendant, uel ego eo
rum nomine, ſi innoxiſ ſunt, ſatisfaciam. Fuere mihi ſo
dales uiri duo, nec eruditione, nec integritate uitæ Bi
libaldo inferiores. Fateor, exire urbem iuſi ſunt, ſed
dic cauſam. Qui enim unum narrauit, alterum retice
re non debuit. Nuquid ſeditiosi fuere? Hoc ullius fidei
homo, uere nequaquam dixerit. Uterque autem pro
bare potest, ſe ab omni ſeditionis ſpecie alienum fu
iſſe, uterque etiam honestatis ſue teſtes literas fide
dignas habet. Quod illis satan excitauit, infortunij
magis quam ſceleratē uite corū fuerit. Vides quam

difficile sit innocentes, reos conuincere.

Quid autem me retinuerit, quur non explicas? quid silentio insinuas? nunquid senatus me timeret, qui & iustum exercitum facile armare potest? & ego aduena, ut tu dicis, q[uo]d. ac. 1013, m[ed]icabulū, infamis, indignus æmulatione, illis me opponerē? D O M I N U S est, qui me retinuit, & ab inimicis meis, quamuis peccatorem, per suam misericordiam eripuit, is & calumnijs tuis finem facere poterit. Addis: Et quur tandem libri eius ibi uendi ac imprimi sunt prohibiti? Vide, oro, calcem libelli huius, & agnosce typographum, ac locum ubi æditus sit: tametsi non dubitem te etiam in alijs libris interim excusis, uidere potuisse. Allegas enim responcionem ad Lutherum, quæ certe hic ædita est. Non eo inficias calumniatores meos aliquid mendacijs suis fucatis apud senatum attentasse, sed ille mitius egit, quam rati erant: & libellum de uerbis coenæ tandiu apud se uendi prohibuit, donec examinaretur, & certius quippiam decerneretur. Est hic sacerdotum, sophistarum, & monachorum aliquantula colluquies, qui causæ suæ non desunt. Et quid tanti facis prohibitionem, quum multo manifestius, & dilucidius publice docere non intermisserim, nec prohibitus sim? Cauendum autem magis erat se natui, si quidem tam noxius ego homo plebi suæ, ne in ecclesia docerem, quam ut librū distrahi prohiberet.

Sermo

Sermo ad persuadendum efficacior, plebi notior, & apertior erat: Liber uero, quia Latine scriptus, quomodo inquietum redderet vulgus? Non clam igitur, quid alij attentent, & audeant, & quam indigna à senatu postulent. Verum tu certus esse debebas, me coram senatu de nullo crimine esse conuictum, neque doctrinam meam ab aduersarijs expugnatam, quan- diu in ecclesia mea, quæ hic non est minima, concio- nari licet. Multa etiam alia satan attentat, sed potens est, qui me seruat dominus.

Non est silendum de his quæ hic abrogata sunt: facis enim me ex eorum numero, qui omnia antiqua- re & immutare audent, & nihil immutare, nihilq; in meliorem statum reducere queunt, qui indigni ut porcos regant, qui ciuilis prudentiæ expertes, sola ipsorum commoda querunt. Vellem autem Bilibalde primum ex te cognoscere, quo iure ciuilem pruden- tiam, quæ est filiorum huius seculi, à nobis exigis, aut potius eam defini. An tu ciuilem prudentiā dixeris, respectum personarū, ut potentibus quidē blande lo- quamur, hoc est adulemur, adq; corū scelera, propter quæ mundus flagellatur, obmutescamus, pauperulā aut plebē cōtemnamus? ut propter pacē huius mūdi, loquamur et taceamus, ut iungamur his uitæ cōsuetu- dine, quos uerbi gladio persequimur, ut aliter docea-

mus, aliter uiuamus. Non te intelligo, parum semper conuenit uerbo crucis cum seculari prudentia. Nobis simpliciter iuxta uerbum dei ambulandum erit, & fidendum in domino. Veritatem adulterare non licet, offendantur & impingant quicunq; uoluerint: meminisse nos oportet, nos non hominum, sed dei seruos. Sa^tis experientiae senilis ex scripturis offertur, quam non sit fidendum in principibus & in hominū filijs, nihilq; tutius quam in ueritate & timore domini diuino iussui parere.

An autem ego temerarius ille sum rerum nouator ostendā, te cogente, ut uite rationem dare eogar, nulli minus quam mihi obijciēda quae improperas. Iterie insipienter gloriabor, uerū insipientiae huius tu mihi autor es. Si ad diuitias parandas animum appulisssem unquam, nō defüssent uiae. Misericorditer mecum egit dominus, qui hac tenus me neq; diuitijs onerauit, neq; extrema inopia tentauit, sat diuus sum, modo ualeam animo. Reliqui & reicci plura, quam pleriq; dolis assequi ualent. Hic certe biennio integro & ultra, meis sumptibus, non sine cōtemptu & inuidia, in templo diuī Martini, ad preces ædilium, quia parochus predolore pedum ecclesiam ingredi nequibat, preter ordinariam lectionem, unde partem uictus habebam, docui: quū potuisse minore labore & contemperitu, stipendioq; iusto, apud alios uiuere. Vide igitur, quid

quid & cui ambitionem & auaritiā opprobres. Tamen quum multis honestis conditionibus hinc euocarer, cogitaremq; fortassis uoluntatem domini esse, ut & in alio loco docerem, nolui temere hinc migrare, quod plerosq; pios formidare uidebam : sed indicaui non esse mihi tantas uires, ut meo labore uitium perpetuò parem, scholisq; simul ac templo seruiam, uocari me hinc, nolle tamen abire, ipsis ignoratiibus, maxime quum bona pars plebis, abitionem meam egre latura sit. Orant igitur, ne hinc migrem, sed meam ipsis operam addicam, omnemq; ecclesiæ curā in humeros meos suscipiam. Evidē non admodū difficilē me præbui : sed exposui eis, quantā iniungant prouinciam, quam nullo modo suscipere posim, nisi libere uerbum dei docere liceat, quo præcipiam quod illud præcipit, prohibeā quod prohibet, minet quod minatur, promittam quod promittit : nisi etiam ab omnibus ceremonijs liber sim, quas populo inutiles, uel damnosas sciam : Pascendam enim asserebam plenū uerbo dei, non ceremonijs. Volebant etiam sacrificis templi eius me præfici, sed nolui, quum scirem quid ibi periculi: unum diaconū, qui in administratis sacramentis adiuuaret, petij. Constitutum est mihi stipendiū longe minus, quam antecessor meus habuerat ex oblationibus, & iuribus, ut uocant, parochiæ: neq; ego urgebam, & etiā hodie contentus sum meo

stipendio. Probauit senatus quod ædiles mecum transegerant, tantum hoc addens, ne se inconsulto nouaretur quippiam insigne. Ego autem in abrogandis, quæ iure abrogantur, quamuis tu me antesignanum dicas, lentior & tardior fui cæteris, sæpeq; à plebeis interpellatus sum eam ob causam, quos tamen non curavi, sed meum egi officium, nō ociosum me fuisse existimans, si ipse manus meas non contaminarem, uero hoq; dei quæ oportet emendanda docerem. Exorcismos igitur, & benedictiones aquæ, salis, palmarum, cereorum, cinerum, laganorum, & id genus plurimarum superstitionum & impietatum someta neglexi, & nihil ad me pertinere dixi, populumq; ab eis auocavi. Impium enim in illis elementis fiduciam posere, & absurdum, tot sacramentis inutilibus libertati spiritus præscribi. Negligi igitur statim cœperūt per sacrificios templi, etiam me nihil imperante, sed solo uerbo dei, quod iustum ac utile populo demonstrante. Mox & sc̄ltis, quas fraternitates uocant, derogari coeptum, quia charitati aduersas comprobabam, & ad hoc quoq; neminem priuatim instigauī. Diaconū iussi, ut pueros uernaculo sermone baptizaret cum exhortationibus ad ædificationem audientium. Ridicula enim murmur hacenus lecta, nemini proderant. Communio sub utraque specie, senatu consente

tiente, copta est: deinde cœnam dominicam ægrotis
& pijs uiris ac foeminis, sepius & ferè singulis domi-
nicis diebus, rogantibus negare non licebat, imò ad-
hortari decebat. Adhibuimus autem preces & le-
ctiones, & exhortationes, quibus plebi profuturos
certi essemus. Nihil aut magis inculcamus, quam me-
moriā mortis Christi, et charitatis cōmendationem.
Et tu prophane uir, audes sacrosanctam cœnam uo-
care nobis cum canibus cōmuncē? Tanta apud te me-
moria mortis Christi? Tanta tibi charitatis reue-
rentia? Canes & porci, cœlestem panem nesciunt,
charitatemq; non curant. Vt cunque tibi cœnæ domi-
nicæ, qui apud nos, usus displiceat, et ut porcos, conui-
uas taxes, instructiores tamē plerosque scio plurimis
sacerdotibus. Non ausim ab omnibus parē scientiam
exigere. Non est hic inebriatio, & deordinatio, sed
simplex & absque hypocriti religio. Satis sobrios
animos parat beneficiorum Christi commemoratio,
& charitatis in ueritate sinceritatēque protestatio.
Adhuc loquar, inuitis omnibus Pyrkaimeris, &
diabolis, si cœna ritus legitimate seruetur ab omnibus,
pacata fore omnia. Vt in am illæ tumultuum, & in-
tendiorum faces charitatem tanto studio docuissent,
quantum populus ad libertatem carnis propensus
fuit, nunquam tanti mali uel scintilla fuisse exorta.

Quin & Psalmodias Germanicas plebs ipsa cœpit
cantare, & approbavit senatus. Infirmos uisitamus,
uerbo dei instructi, & consolamur, & si quidem peti-
uerint, mense dominicæ participes facimus. Nuptijs
bene precamur, à quibus nec sacerdotes arcemus. Im-
gines ex templis nondū sustulimus, sed in nostris non
adorantur, imò abominabiles fieri cœperüt. Sacrifi-
ci adhuc suas preculas obmurmurāt, & ululant, peſe
misq; conscientijs immolant, sed magna ex parte ua-
cuis templis. In meo, et Augustinianorū templis uix
nuper pudore magis q̄ pietate à Missis omnino ces-
satū est: nō nullos tamen pio animo ab impietate de-
stisiſe non dubito. In his omnibus neminem ui adigi-
mus, sed uerbo urgēmus: urgent autem alij cooperā-
rij in uerbo multo ardentius quam ego, nempe Ber-
zius apud S. Leonardū, Vuolffgāgus Vuissenburgius
in hospitiali, Io. Luthardus apud Franciscanos, &
Thomas Gyrosalcus apud Augustinianos: nā quoti-
die una uel plures habentur cōciones. Cōmuniter oēs
nil agnoscimus, quod uerbum domini nobis non com-
mendat. Indigni interim uideamur tibi porcorū ma-
gisterio? Plebs tamen nostra, que fidem, diligentiaq;
ac synceritatem nostrā melius nouit quam tu, nondū
nos alegare decreuit, neq; alegabit, quandiu domi-
no placuerit. Evidē nolle illi per tyrannidē prae-
esse, uel inuitē seruire. Quacūq; hora de fideliore do-
ctore

etore sibi prouiderit, lubens cedam. Alijs igitur haec scribenda erant, non mihi: ego enim non solū conscientiae meae, sed & ecclesiae, & bone partis ciuitatis testimonium habeo, me nihil attentasse uel egisse quod ciuitati Basiliensi perniciosum sit ac periculosum. Pascimus, non glubimus oues nostras. Sed haec ad te fama per papistas, uel alios nostros aduersarios uenit, qui ccelum terramq; confundi putant, si quid ex ipsorum emolumento decedat. Ceterum de his sat dictum est.

Hoc etiam lector expendet, quam cupias me cum Erasmo & Lutheru committere: quia dicas afferere quosdam, quod utrūq; pari odio habeam, & quod iam pridem mihi dentes pruriunt, ut eos in illis confringam: quod quidem magis ingenui eset animi, quam adeò occultis cauillis laceſſere. Vere actuosus homo es, quæ mendacia que ſuggeruntur, ſpargere non grauet. Evidem quid de his ſentiam, nunquam occultaui. Nunquam eos odi, quos tantis dotibus deus locus pletauit: defidero tamen nonnihil in eis, ut illi in me multo plurimi. Erasmo coram loqui audeo. Lutherum nuper epiftola admonui publica. Vbi bene doſuerint, libenter eos audiam: ubi mihi nō ſatisfaciunt, & humānum quiddam patiuntur, addictus eis eſe nō lim. Utque ſatis laceſſent, ſi tam cupidus eſſent contentionum. At ſi non defuerint laceſſere, fueritq;

respondendi necessitas, spes est in domino, etiam tantos heroës aduersus ueritatem mihinō preualituros.

Mittis me etiam ad monachos meos, à quibus uitia mea discam, nempe morositatem, & defectiōnem, à quibus & discam, cur non omnes nocentes pugnantur: neque ad rem illa pertinebant, si solam legentium utilitatem spectasses. Ad hoc scilicet oportebat proferre familiares literas olim scriptas. Sic amamus, ut odio habere possumus, ô fidem hominum. Et quoniā am ubiq; tibi hypocrita sum, & neq; exuto cucullo hypocritam exuisse uideor, idq; unum ad eleuandum fidem meam, sufficiens specimē esse existimas: equidem tibi gratias habeo, quod occasionem mihi das, causam meam paulò plusculis uerbis proponendi.

Igitur nullus fide dignus erit, qui monasteriū ingressus, ex inde regressus est: aut mihi soli incondonabile erit, eò quod grandeuus, & uir, & doctor, & maturo consilio id egerim? Ut tu multa uerba in hoc insumis. Verum si excusationem adhuc audire, & arrogante illam tribuere non uolueris, gloriabor etiam per Christum in hoc, quod pauci nostra tēpestate conscientia meliore monasteriū intrarunt, pauci etiā meliore ab eo discesserūt. Ne tu ad quorumuis monachorum probra respicias: putas tu, quod illi se dehonestati peruenieris, ut monachis, qui cucullati pascant uentre, in monasterio manere malunt, q; exire

*exire fideliter, ut alijs prosint, aures accommodare uis,
si alijs obtrectet, nimirū inualida colliges testimonia.*

Audio, quod fidē illis impignorauerim. Sed tu ē diuerso scias, quod fidem illis non simpliciter impi- gnorarim, quæ nūc redempta est. Præcessit exceptio, & sub cōditione fides data est. Cessavit conditio, quæ me retinere debebat: fecitq; liberū exceptio, quæ iam ultra nō obligabat. Attēde ingressum, attēde et egressum, & ipse pronuncia. Si iniustū erat se obligare, con sectaneū erit, ut iustum sit iniuste pactū dirūpere.

Ingressus talis fuit: Quū me & ob exilitatē uocis, et ciuilis prudentiæ inopiam, aliasq; causas, existimare, ad cōcionādi munus minus idoneū, dignūq; ut meliori cederē, uidebatur cōsultius latere, quam in publico cum meo, tū aliorū damno agere. Erant taxanda ple- raq; uitia, sed deerant & ingenii & spiritus. Erat uo- ritas annucianda, sed terrebant pericula. Hic fatcor, nō probādā fuisse illā pusillanimitatē: erat enim fiden- dū deo, qui ad annunciatū uerbū suū Augustā me uo- nire uoluerat, is etiā os daturus esset ac sapietiā. Fate- or in hoc peccatū, sed deū meū pride ignouisse cōfida. Et quis hominum, etiam sapientissimorum, sapit horis omnibus? Veruntamen quo tunc eram animo prædi- tus, qua etiam exercitatione sp̄rius dotatus, expediebat in dolio priuatū agere, quam in tanto theatro con spicuum esse. Atq; o utinam tepidis & sua querentio- bus concionatoribus cunctis idem esset animus, ut tam

diu silerent, donec à domino mittantur, negotiumque
domini diligenter agere inciperent. Certe tunc nihil
terrenum quererem, potuisse enim aliquis esse in
xta hoc seculum.

Antequam autem fraternitati monachorum istorū
me infererem, quas si ui ab illis, nunquid liberum esset
apud eos secundum uerbum dei uiuere. Annuerunt,
et ipsi quidem sic arbitrabantur, non planè scientes,
quod nam esset uerbum dei: opponente autem me quæ
dam ex institutis illorum, quæ parum faciebant cum
euangelio Christi, eatenus responderunt seruari ea
quatenus cum uerbo dei non pugnant. Ambiebam au
tem et ego quietem ac ocium, ut possem et literis et
precibus uacare. In illis enim felicitatem quandam po
sueram. Respondebant, nusquam commodius, quando
quidem ab omni externarum rerum strepitu semoti,
ea que à diuinis impedire possent, sororibus demanda
rent, et in hoc non fallebant. Facile igitur conuenit in
ter nos. Cui enim non arrideret quies? et profecto se
charitati coiuncta esset, homini, qualis tunc eram, non
alia querenda esset uita. Vbi igitur utrinque commodi
tates spectatae fuerunt, caui, et contestatus sum his
uerbis: Etiam si sexcentis iuramentis me obstrinxero,
nequaquam ea seruare potero, si quando utilis mini
sterio uerbi futurus sum: tametsi planè multas ob cau
sas talem me fore hand crediderim. Eam conditionē

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. III

non reūciebant, sed confirmabant, priuilegiumq; suū monstrabant, quod ad concionandum exire possint, si cubi hæreses pullulent. At ego tum nihil tale suspicor barbare.

Habes animum meum, si qui aliter narrant, uane referunt. Hic dices: At fidem adhuc impinguorasti. Etiam mihi Bilibalde, seruauit fidem quatenus licuit, nunc autem liber sum, tametsi temeritatē nō nullam fatear, & illam ipse condemnem. Tardissimos enim ad iurandum per nomen domini nos esse oportebat. Non ignorabam aut tūc omnino, quatenus uota obstringant, & unde suborta, & quatenus bona conscientia uouere, et iterum à uotis recedere licet.

Sunt autē nō unius generis uota. Vouemus deo, uolumus & propter deum proximo: interna deo, extera autem in utilitatem, uel nostram, uel proximi, iterumq; sicut omnia in gloriā dei. Nūc de pactis & scđeribus uulgaribus, prophanisq; nihil loquimur, sed de his quae ad spiritualē uitam aliquomodo attinēt.

Vouemus dco quicquid illi uoueri potest, quando liberati à peccato, & accedentes ad seruitutē Christi, nos totos illi dedicamus in baptismo, nimirū seruaturi fidem, & obediti uerbo eius: ubi et obstringimur ad seruandam legem euangelicā. Euangelica igitur paupertas, quae est spiritus, castitas corporis, patiētia, humilitas, mansuetudo, charitas, misericordia, & quae

cunq; fidei, omnibus præcepta sunt fidelibus, neq; ho-
minis est aliquid relaxare in his, pergendum enim et
non retrospiciendum. Quotusquisq; autem mortalius
non est prævaricatus hoc pactum? Nemo tamen illos,
qui nunc deficiunt in hoc, nunc in alio præcepto, quan-
diu in confessione fidei, & communione charitatis per-
durant, fidem uiolasse dixerit: Ex sua enim infirmita-
te, unusquisq; fidelium, etiam fratris infirmitatem di-
scit. Qui autem idola colit, parentes senio confectos,
& adiumento destitutos non souet, qui fornicatur, qui
furatur, qui occidit, qui falsa testimonia contra proxio-
num profert, si fidem non seruasse cōvinci potest: nul-
lam talia crimina excusationem recipiunt, qui enim ta-
les sunt, indigni sunt regno dei, templumq; spiritus san-
cti contaminant.

Alia uota sunt, quæ idcirco suscipimus, ut si seruen-
tur, uel sint nobis adminiculo ad seruanda alia, quæ in
baptismo recepimus, uel ad alcendam eorum, cum qui-
bus uiuere decreuimus, charitatē faciant. Hęc quia ex-
terna sunt, non simpliciter uouentur: et si uoueantur
simpliciter, sub conditione tamen uota esse censeri de-
bent, nempe quatenus adminicula sunt ad salutem, &
quatenus charitatem fouere possunt, eatenus & rata-
sint: Charitas hic, & salutis desiderium, uouere do-
cent: docēt etiā quando uota rescindi debeant. Exempli
gratia: Abstinentia uini, et carnis, uigilie, cœlibatus,
secessus,

Secessus, atque alia id genus, diliguntur, & prosunt quidem ad carnem domandam. Itaq; quandiu amicula sunt ad salutem, seruari debent, etiam si quis extra congregationem aliquam, & apud se solum definiuerit: ubi uero uiderimus corpus supra modum extenuari, ita ut infirmitatum pericula sequantur, ita ut ministrare non possit proximo, neutiquam haberi debet pro uotis: impeditum enim à salute magis quam promouent. Castigatio moderata, corporis continetiae seruit, & idoneum facit, ut spiritui caro pareat: immoderata, utrung; perdit. Celibatus plerisque utius est, ijs autem qui uruntur, & frequentiore mulierum ministerio opus habent, plerunque damnosus est. Secessus ad preces & philosophiam conducibilis alio quando est: sed, quū uita Christiana practica sit, perpetua, Christianismi mors est. Stulta sunt & impia hæc uota, si simpliciter fiat, et absq; cautiōe, utpote, nisi si ad salutē cōducibilia alia non sint. Cæterū ea quae fraternitatis gratia iurantur, non ligant, nisi quando in illa cōgregatiōe uiuere licet, propter quā suscepta sunt. Talia esse debebant omnia uota monastica: & nisi talia sint, meram superstitionem sapiunt, ne quid aliud dicam. Qui enim originē, quare instituta sint, expenderint, inueniet quod absq; illis concordia non posse tutò cōsistere. Paupertas itaq; apud illos, nihil est nisi proprietatis carentia; nisi enim omnia cōmu-

nia, uix erit unū cor, & una anima, ubi coenobitica uita deligitur. Etenim ubi in suū quicq; pro sua auaricia confiscant marsupium, fieri nō potest, ut diu pax etiā inter paucos seruetur. Similiter ubi uxores sunt, uel aliquid seueritati disciplinæ adimunt, uel alendis littibus & suspicionibus somitem suppeditant. Obedientia ubiq; necessaria, ne dum omnes gubernare uolunt, ne mo gubernet, nemoq; curā gerat, id quod & in omni repub. & bello, & nauि, & ecclesia, & domo quoq; requiri uidemus. Contubernium perpetuum non est eius generis, sed propter charitatem illud amplecti possumus, quandiu nulla pericula sunt salutis, charitasq; nihil melius præscribit, id qd' rarissimū fuerit: Nō tamen absq; causa suscipitur. Pij coenobite ueros fratres optant, qui non curiositate, aut explorationis studio se adiungant, nemo enim magis tutò se & sua communicat. Aequalitas autem in uictu & uestitu, iuxta portionem cuiusuis, ut paruis parua, infirmaq; infirmis obueniant, etiam recte præscribitur: diruit enim societates, siquidem aliij abundant, aliij egeant, ubi eadem & omnia cōmunia dicuntur, & putatur. Assumpta hæc uota propter congregationem, diutius durare non debent, q̄ quoad inter illos agere licet. Quis enim sine pprio uiuere poterit, ubi electus ab illis fuerit, uel cum salus sua uel proximi euocauerit? Quis item ad arbitrium prælati sui uitam tunc moderetur?

PYRK. RESPONSIO POSTERIOR. 119

raretur? De contubernio & aequalitate uictus perse manifestum est, temporariū esse. Quid autem iurare salua charitate prohibet? nisi forte hoc male uertas quod assumitur nomen dei in uanum: sed quum in ueritate assumptum sit, nequit perfidia haberri, etiam si non probem. Verum si licet his qui iura ciuitatis accipiunt, per euangelia & sancta omnia facere fidem, se laturos onera reipub. quir non & in illis congregationibus, ubi uitam transigendam existimas, & nisi fidem feceris, nequaquam censeberis illis bona fide conuiuere? Igitur tame si nō commendabile, nihil tamen fidei derogabit.

Quamuis autē uel maxime fidei praeiudicet, nuna quid si postea dominus reddat laetitiam salutaris & spiritum principalem ad docendos iniquos, & conuertendos impios, pristina delicta sequenti gratiae obstabunt, & spiritui sancto obstant? Absit, ut ego unquam sic arguam. Doctrina ipsa erat improbanda, & non huiusmodi suspicionibus infirmanda, quis bus tamen apud cordatos nequaquam periclitabitur. Hec me tunc nō latebant, nam & ad optimū doctissimumq; uirum Ioannem Capnionem, mecum exposułantem, simile responsum dedi, etiam primis diebus, quibus secesseram.

Hec erat illa mea crassissima caligo, quam opprobriis mihi mūdo aperiēte oculos, oppresso: utinā uel

hodie cum tuo mundo reciperes oculos ad iudicandū perspicatores. Habes qua conscientia illuc peruenēnerim. Extundis autem, ut adiçiam, quī factum sit, ut inde remigrarim, neq; enim biennium illic moratus fui. Primis mensibus arridebat institutum, nec irrequieta mihi mens erat, ut cunq; amici ueteres me luderent. Cœperam enim ridere, & cōtemnere etiā ego uicissim uanas hominū de me opiniones, quibus ultra me non uicturum, sed mihi decreueram. Illorum quidam, è quorum numero & tu, tales epistolas scribant, ut absque contristatione fratrum legi, citraq; spicionem occultari non possent: neque enim tantum consiliū, quod nesciebant an præceps esset, damnabat, sed & ipsum institutū penitus improbabant. Respondendum illis erat. Contristandi autem ne tum contuberniones, & adulandū morosulis césoribus? Eadem igitur prudētia, qua tunc ad me scribebatur, & nunc intempestive effutis, quod ex familiaribus literis uirum grauem non decet, quantumvis tibi ciuitatem arrogas.

Verum modis uarijs probādus eram. Consulebar ab amicis per literas, super quæstionibus, de quibus tunc crebrior sermo: respondebam, si non tam acute, certe fideliter & libere. Lecta autem ubi sunt, à pluribus, non mediocre potentiu quorundam constarunt odium. Et quæ ego simplicior solis id à me petētibus
amicis

amicis scribere arbitrabar, apud Vbios & Saxones inuulgari cœperunt. Sic prodierat & de confessione liber, & alia quædam, adhuc turbulentæ illius scholasticae theologie sapientia aliquid. Quæ ut permisi, etiam his qui mecum agebant adhortantibus, p. clo excedēda, longe plurimos in me irritarūt, carceres per petuos, mortemq; terribilem interminantes. Sed gratia sit deo, crescebat tunc animus, & hoc magis quo plures afferrētur min. Solabatur enim me recta et nō sibi male cōscia mens. Nō me latebat quis in comitiis Vuormaciensibus mihi struxerāt insidias: nō ignorabam quid princeps quidam palam minatus fuerat. Expectabantur aliquot mensibus, qui aduenirent, & seruari iuberent, uel ad poenas raperen. Solicitabāt pleriq; ad fugam, quos ego melius fidere orabam: Monachorum esse etiam cum periculo uitæ ueritatē consideri testabar, imò omnium Christianorum: adeò ut & illi mirarentur, & sibi timere propter me inciperent, poenitenteq; magis consuetudinis meæ, quam membrorum: tametsi mihi mores illorum compertiores indies magis magisq; fiebant, quod suarum quam diuinarum cōstitutionum obseruantiores essent. Quod ubi semel atque iterum, sic exigente charitate (alius morositatem dicerit) admonerē, præcepere summa cum interminatione, ut libros constitutionū suarum omnes diligenter perlegerem, & ea conscientia, qua

uenturo iudici Christo rationem redditurus sum, con-
signare omnia quae in illis uerbo dei aduersa: parati
enim erant, uitam suam emendare, quandoquidem
regula saluatoris gloriabantur. Evidē simpliciter
imperasse illos credebam, si dolose egerunt, ipsi uide-
rint, mihi satis fuerit simpliciter obedisse. Mouenda
erat camerina. O deum immortalem, quantas abomi-
nationes in illorū statutis approbavit Rhoma: quan-
tas tenebras amplexatus est orbis. Vix hunc laborem
obiter attigeram, et gustū quandam obedientię præ-
bueram quin mox præmiū ueritatis ostense, intesti-
num odium asequitus, defectorū, et hereticus ap-
pellatus sum, dignus qui uel perpetuo carcere pereā,
uel iuxta regulam, quam Augustini aiunt, è societate
eijciar. Non audebant tamen, ita custodiente me do-
mino, manus suas in me coniucere, tametsi à precibus
arcerent.

Neque sic peruincebatur animus, ut me destituru-
daueritate, quam cognoram, annuerem, que illis nimi-
rum Morositas uidebatur. Tandē tertio die antequā
capiendus essem, per amicos monitus sum, ut me ipsis
seruarem, salutiq; me et consulerem: satisfactum dice-
bant charitati, periculū esse grauius, q; existimarem.
Rem omnē exposui fratribus, et quid in cōmodi illis, si
ego periclitarer de uita: ostendi quām uera esset quae
docerem: indicari eis non licere illis, si me pro inno-

cente

cente haberent, homicidis obijcere, uel ipsos fratricidas fieri: sin tam impie docerē, & pro hæretico habent, iam non ut fratrem retinere, sed ut contagiosum dimittere deberent. Quid multis: anticipites erant cōsiliij, ut exirem, iubere non audebant: immeritū autem multo iniuitius inimicis probebant. Mittebant amici equos, qui in tutiorem locū deducerent, & urgebant: & tandem dimissoriæ literæ conceßæ sunt, cum iusto uiatico, dixi ualete, & liber factus sum. Nihil ultrā monasterio debeo, tempus erat meminisse libertatis Christiane. Cessabat conditio, quæ inter nos conuenerat, cessabat ergo & pactum. Illis onerosus fuisset, et ipse à Christo magis auocabar. Priors ipsi non tam Christo, quam Papæ seruabant fidem, & propterea à charitate uera priores abscessere: hoc & tu negare non poteris, nisi papistica omnia, quæ nec papist. e iusta dicent, iusta esse uolueris. Quid igitur improbras impignoratam fidem? Profecto si tum ueritatem negassem, si recantassem ad antichristiani cuiusdam matæologi tyrannicum imperium, si libertate Christiana usus non fuisset, potuisse expostulare mecum. Nunc autē quia domino uisum est, ne ab aratro respicerem, ne frustra perirem, nec tu um, nec alterius fuerit q̄ifādā me appellare, uel inconstantem. Et nunc quoq; nihil ad me uota illa, quæ propter illos suscepta erant: possum iterum abundare & penuriam

pati, possum possidere, & marsupium proprium habere, modo ne obliuiscar paupertatis quam Christus prescripsit. Quid? quod & uxorem ducere, liberum erit, licebitque thorax lubrica illorum castimonia multis modis sanctior, fortassis & multis nominibus consultum esset, modo id à prædicatione uerbi nō impeditat. Non ultra ab ipsorum papæque Christo aduersa docentis iussibus pendo, & inobedientie propterea non ero reus, modo & magistratui, & omnibus qui ea que Christi sunt docentibus, uoluntariò parere non detrectem.

Hæc de monachis meis dicere coegeristi, ad quos me mittis ut discam, quare nocentes non puniantur: qui & nihil habebant quare me punirent, & nunc nihil in me iuris habent. Utinam ipsi in septis Christo tam religiose fidem seruarent, quam mihi animus fuerit. Gratulati sunt mihi studiosi, & qui libertatem Christianam norunt omnes, quod ab illis me dominus liberavit: tu autem summum dedecus dicis, certe coram angelis dei non erit dedecus, utcunq; insanire mundo videar: sed immodicus, ut dixi, zelus tuus est.

Quare autem non dicerem immodicum carpendi studium, qui & imitationem sanctorum male interpretaris? Proposueram ex propheta & Christo, uitia obliqua reprehendi nonnunquam consultius: ibi tu me belle irrides, quasi præ inflatione mentis, illis me conferre,

ferre, & æquare audeam. Ita enim dicis: Ceterum quod se cum Nathan comparat propheta, suo forsitan iure facit, propheta cum propheta. Quid autem se cum Christo ipso confert, hoc iam ultra crepidam. Quis se confert prophete? Facta consero, non personas. Non est consentaneum: Idem egerunt prophetæ quod ego, igitur ego consero me prophetæ, & propheta uideri uolo. Obliqua enim reprehensio non faciebat prophetam, sed quia hoc opus in propheta & Christo inuenitum est, iure irreprehensibile erat. Ita & de uitæ genere uario, non potes iure inconstantiam dicere. Etiam sanctis dei uisum est pium, secedere & quiescere, & iterum piu censuerunt prædicare in toto orbe, et nuc in uno loco hærere, nunc totum orbem peragrare. Quid igitur, si & nostram fidem hoc non polluat, si & ocio & negocio possimus uti?

Hoc durius erat lectu, quum nostrum euangelium, ut est maxime pacificum, & à seditione alienum, quia tu seditionum suspicionem inicceras, demonstrarem, & calumniatorum ui innocentissimos quosdam non auditos deplorarem, tanquam seditiosos extinctos, quasi nemo prohibuerit euangelium annunciari, & nullos habeat hodie nouos martyres Germania: dis cis me detestandis hominibus comparasse Eliam & Hieremiam: quum iterum dicta dictis conferrem, & nullum seditionis autorem cohonestarim unquam:

tales enim uerba prophetarum & apostolorum non saluant. E quidē scio impietatē alicubi eō progressam in Germania, ut in hominū conuentu, de gloria Chri stiloqui honeste, quām de scortis turpiter, inhonestis us, & hoc periculosius, quo sanctius loquare: id quod profecto pseudoprophetis debemus, & antichristis, qui principum aures mendacijs sepiunt: & utinam mentirer, essetq; bene principibus & patriæ.

Quanta autem est hæc calumnia, & Bilibaldo digna? dum scribis: Porrò an diabolus præsidum, ac principum animos, ut ille ait, suspicione replete, ipsi uiderint. Quis est ille, qui sic ait: ubi nam talia uerba scripsi uir candide? verba mea sic se habent: Nouit diabolus uersutissimus animos præsidū ac principū, quām teneri sint, & non alia causa magis exacerbabiles, quām si seditionum suspiciones concipient: eo quod magnam & ferè omnem felicitatem suam in potentatu, qui disturbib; potissimum periclitatur, collo cant. Et siquidem ita res habet, ut illis narratur, recte agunt, fungantur munere suo, exerceant gladiū &c. Quid indignum quæso principibus dixi? Ego dixi, uersutissimum diabolū nosse teneritatem principū: tu dicas, quod diabolus replete animos suspicione. Repleri ego non dixi. Ita placabiles mihi reddis principes: sed nisi stulti sint, haud ignorant non rariissimam in aulis suis auctm, calumniam: sicut nec in magnis

magnis ciuitatibus rara.

Iam quis non uidet, quām friuolam suspicionem inducis, ut me seditionis facias? dicas enim: Etenim si innoxius esset, quid ad eum malorum flagellatio? si uero reus, quer eius causa reprobos non flagellarem? At ego antistrephon Christi pro me habeo: Si innoxius ego, & euangelium Christi, quer me tanquam seditionis traducis? si reus, quare nō probas, & de malo testimonium perhibes? Iam enim non erat generalis contra malos sermo, sed me innocentem tangebat, dum dicas: Quām uerbor ne opinio hæc nouas sit scitatura sit turbas. Et dū in fauorem Euangeliū Christi, illud non esse seditionis, simpliciter ostendo, contendis me esse seditionis nugacissime. Quia excuso euangelium, quod prædico, non esse seditionis, igitur seditionis sum? Sed inquis, non debebas innocens excusare, animos sibi consciens timor arguit. Si non præcludis locum excusandi, quare tot uerba multiplicas? quare sic colligis? Tu certe non debebas dicere te uereri turbas, si euangelium, quod prædico, nolcas infamare.

Dicis te certissimum, si rustici non putassent nec in pane corpus Christi, nec in uino sanguinem eius contineri, quod ita calici & mero indulsisserent, ut longe maior humani sanguinis effusio inde foret sequuta: à qua tamen truculentia, non parum deterruit eos di-

uini corporis & sanguinis reverentia. Hæc tua uerba, imò calumniæ, ut calumniæ calumnias apprehendant, & protrudant: Quasi scilicet hoc solum doceamus, panem non esse substantiæ corpus Christi, & nō magis panem cœlestem fiduc manducandū, charitatisq; habendam summam. Vbi charitatis præcipua cura, quis locus homicidijs? Eos ne quibus panis cœlestis sapit, putas pro libertate carnis digladiaturos? Excommunicamus omnes seditiones, & tu nos autores tumultuum facis? Quomodo posses absurdiora dicere? Sed illa tua carnalis corporis Christi præsentia, quantum deterreat uidemus, quod in bellis etiam iniustissimis, ubi mane sacrificio interfuerint milites, fidentius postea ad trucidandum ruunt. Terréte ne illos stulta sua supersticio? Minime. At si uel micam fiduci charitatis haberent, mox gladios in uomeres conflarent. Si etiam ego sic uelim tecum argumentari, quanta mihi cōtra te & alios mercede conductos scriptores, daretur inuehēdi ansa? Etenim quū suspicione nec habuerim, nechabeam, neque ideo scribo ut quis ita de te sentiat, sed ut tu stultā tuam argumentationē cognoscas. Scribis quod in familiari quadā epistola dixerim, uix me temperare mihi, quim suspicione admittam. Et ex his uerbis in libro tuo incipis te excusare, nō te duci cupiditate habendi, et fama uane gloriæ. Quū hæc in reffōsione libelli mei nō habeantur,

tur, & tam in epistola generaliter loquar, nonne iuxta tuam argumentationem uehemēter te suspectum reddis? Et si non esset benevolus lector, facile excusationem tuā reflleret, dicens, diuites minus satiabiles, et metu perdendarum opum multa in honesta facere, uane glorioſos esse etiam eos, qui titulos fastidiunt: sed ego nihil tale suspicor. Verum ut scias, quae sit suspicionum præcipua: Suspicer nebuloncs quosdam hinc de me tanquam seditione ad te scripsisse, & tua familiaritate abusos, ut ad scribendū talia incitarent. Falli possum, nam suspicionē esse dico. Quare autem sic suspicer, ipse nosti, quid ad me familiariter scripsis, quod ego nō ita temere inuulgo, tametsi omnium imprudentissimus tibi uidear.

Eadem digressione superiore, quid attinebat, pateriam meam exustam recensere? Exusta est, sed ibi seditionis euangelium per me prædicatum non est: nec scio tamen, sua culpa, uel sola militū confederatorum saeuitia deleta sit. Qui mihi factum narrarunt, innominiam perisse iurabant duplice calamitate: primum, ab agricolis diuexatam, deinde ab confederatis penitus excisam. Arx enim ab agricolis occupata fuit, quum à nobilibus esset derelicta, qui in oppidum inuidius, quam ut ferre posset oppugnationem, descendenterant, & tunc tandem se dediderint, ubi hostes opido potiri, modisq; omnibus superiores fieri cœper-

runt. Vnde & apud agricultas nullam inuenere misericordiam, furentes tunc, neque dignitatis, neque etatis rationem habentes. Intercedebant ciues pro nobis libis & equitibus, & maxime pro comite ab Helsenstein, & intercedendo ferè grauius, quam defendēdo se pro mōenibus periclitati essent. Deinde ubi nobiles & confederati aliquot cladibus uicerunt, sanguinis effusione, & furore nondū satiati, ut cōtumelīā in opido Vuiusperga acceptā uindicarēt, totū exuſſerūt. Nullū ibi seditionis euangelii prædicatū est, sed crudelitatem, quā inimici cōmunes exercuerant, quia ibi cōtigit, lūisse dicitur. Sed quid ad me? qui integrō anno patriam nō uideram, & quū illic eſsem ad paucos dies, ē parentū ēdibus nunquam egressus sum, donec abirem. Multo autem minus negotij mihi cum alijs Sueuis, & Francis. Quid ego à carnificibus seditionis ſorum & flagiosorum nomina expiſcarer? Quid pessimas & uanissimas tanta cum iniuria famae meae ſeminas ſuſpicioſes? Hoc te non docuit Christi doctri na, innocentem ſic traducere: quid diuturna, qua gloriaris, publicarū rerū administratio docuerit, haud ſcio. Testimonia ſolida, comperta, indubitata, et uera proferre, uirum grauem decebat, non inania, incerta, ficta, & neutiquam uerisimilia. Iudices & magistratus ignorare non debent, quanta multorum uanitas: & quū in plebe ſint peruersi, et mēdaces multi, ipſos integri

Integritate & ueritate solidos esse conuenit.

Iam quantam moues tragœdiā, dum sycophaniam impudentissimam, et calumniā manifestissimam, tu uere calumniando, mihi ascribis, quia dixerim te & greferre, quod exhorter ad preces. Nulla aut̄ est calumnia, nec unquā mihi caluniandi fuit animus: quū enim tu tam ridicule, tamq; contemptim de ea re loqueris, quid aliud dicerem, q̄ te & grefferre sermonem mecum? Rursus ad solitas, inquis, te conueritis artes, et multis pijs ac deuotis uerbis rem agere pergis: sed frustra, ut speramus, laboras, & ut antea dixi, orbis oculos aperire coepit, nec amplius blādis ac simulatis uerbis capitur. Qui hæc uerba legūt, planè uident qđ irrideas: quæ irridentur, non boni cōsuluntur. Ipse facter iste ridere artificiū illud simulatum, ad quod facta deuotione adhorter. Vnde autē habes quod facte exhorter: potuisti ne intra cor meū aspicere? Vnde ista iudicandi temeritas? non potuisti melius bona uerba interpretari? Nunc aut̄ multo amplius rides, legens tanquā exauditum gratias agentē, dum iterū munere tuo fungeris, et gratiarū actionem uocas gloriationē. Expendet sþero lector & equus diligenter, siquidem Christianus est, qua in re glorier, quid' ue precer: qđ nisi facerem, iam Christianus non essem. Quod autem ad te attinet, quid refert, siue minis, siue risu, siue prauo iudicio de pelleres: tametsi uemo de cum uere ipso-

cans, tuum iudicium, uel risum, uel fannas curabit.
 Qui orare docet, maior est, ut talibus quempiā impe
 diris inat. Cæterū quod et hoc ex familiaribus literis
 inuulgandū putasti, quia precibus tuis me nō indige
 re dixi, iterum indicasti quām candide mecum agas.
 Adiçere oportebat & ea, ad quæ responderam. Tu
 enim mihi tenebras & caligines opprobraras in re
 eucharistiæ, quas mihi minime licebat agnoscere, ag-
 nouissim si mihi oratione tua in hac re opus esse testa-
 tus fuissim. Nā ut uobis Momis ubiq; carpendi por-
 rigitur ansa, statim inuulgasses: Ecce cōscientiam ex-
 ulceratam, & ambiguam, ipsius autographo testari
 possum. Scripsit enim ea, quæ certa non sunt. Tutius
 igitur fuerit deprecari has preces. Etiam si hodie pol-
 licearis te oraturum pro me, ut credam, deum omni-
 potentem, & Mariam uirginem, & Christum uerum
 hominem, nullas tibi habebo gratias, neq; tuas preces
 gratas esse testabor. Alioq mihi nō erit gratius quip-
 piam, quām ut synceris precibus pro me orēt, qui cha-
 ritate in Christum nobis iuncti sunt: scio enim me in-
 firmum, & paruo ingenio, & peccatorem, & non
 est quod mihi arrogem, quamvis tu me arrogantissi-
 um dicas.

Sic etiam nequaquam conuinces me fuisse menda-
 cem, tametsi in hoc nō parum sudes. Mendacem facit,
 aliud sentire, aliud loqui. Ecce adhuc uidentur uerba
 tua

tua talia, ut quis credat te nō ponere carnalem mandu-
cationē. Sic enim sonant uerba tua: Nos tametsi fir-
miter credamus corpus Christi sub pane, & sanguinē
eius sub uino realiter contineri, non tamē aliter q̄ sp̄i
ritualiter māducare & bibere. Hęc scripsisti, nec era-
dere poteris: quibus etiam hodie, si patereris, non pu-
tarem esse alium intellectum, quam quod spiritualiter
duntaxat manducares. Is autem solus spiritualiter
manducat, qui per fidem manducat, credens corpus
Christi pro suis peccatis mortuum, & hac via patri
se conciliatum. Is autem non spiritualiter manducat,
qui carnem Christi in uicino sibi loco esse contendit, et
ita per panem sibi uniri: imò fingit sibi idolum, hoc
est, adesse credit, quod non adest. Ita ego nō mentior,
dum semper de te meliora spero, nec tam crasse te exi-
stimo sentire, atq; ipse tandem prodis. Si illam habere
contendis manduca-tionem, scriptura tibi non suffra-
gabitur. Edimus corpus Christi naturale spiritualiter
per commemorationem, panem uero edimus rea-
liter: & corpus quidem Christi physicum est, sed non
corporaliter editur, neque carnali manduca-tione man-
ducatur.

Arrogantem autem ut me coarguas, pluribus con-
iecturis attentas, sed frustra. Primo inuadis, quod
pr̄eter morem apostolorum egerim, qui in rebus ar-
duis conueniebant, & diligenter dispiciebant: ego aut̄

rem nō contulerim cum doctioribus et expertioribus,
sed cum meæ notæ hominibus innovationem tantum
inconsiderate disseminarim. Quis te, inquis, vobis
tempore constituit pape officio fungi nitentem? Atqui ego
me aliquid noui nequam afferre certus sum. Neq;
enim nouum censeri debet, quod iuxta apostolorum
doctrinam traditur, etiam si tibi tuisq; nouum uideas
tur. Facis autem perinde ac cum nullis contulerim,
qua in re longe erras: sed si illos tibi dixeris, mox eos
meæ farinae, abiectæq; sortis homines uocabis. Nun-
quid ad Cardinales, Episcopos, et Abbates et Prepo-
sitos eundum: sed illis præ solicitudine rerum tempo-
ralium, non uacat ad illa uel respicere. Lutetiam ne-
erat migrandum, uel Louanium, uel Ingolstadium, et
Magistris nostris discendum: uerum non ignoro,
qui & quanti sint, quoq; spiritu pleriq; ducantur: aliq
tam addicti ueteri saliuæ, ut præter mortem nihil eos
emendaturum sit: alij tam meticulosi, ut & id quod
norunt, testari nō audeant. Nunquid autem ad Apol-
limes Noricos, & Saxonicos transiendum: uerum illi
nostros aliquandiu audire designati sunt, neque enim
fuere contempsi. Neq; mibi soli id negocium curæ. Et
quid mihi de uniuerso hoc hominum genere sit expe-
ctandum, haud ignobile specimen, hæc scribenti Iudo-
cus Clichthouæus, os Sorbonicæ nugacitatis, iusto indi-
cauit uolumine, ipse opusculum inscribit, com plexus
nimirum

nimirum quicquid in sophistarum, & papistarum re-
conditū est archiūs: cui etiam ad has nundinas respon-
dissem, nisi expectarem, quid episcopali dignum insu-
la Ioannes Roffensis, ex Anglia mittat, quē ex eadem
fidelia, eodemq; male temperato luto, hunc ruentem
ipsorum parietem ingypſare affirmāt. Videbit autem
lector, quām poenitendum fuerit consilium, quod inde
petitur. Et profecto tu ipſe non audires illos, quan-
tisunque conciliorum se munit autoritatibus: niſi
transubstantiationem, quam negas, cum illis assertu-
rus sis. Evidem, ut omittam quid hinc inde cum ami-
cis collatum sit, arrogantiam meam excuso. Conuo-
cui ex toto orbe doctores, quibus maiorem fidem
habeo, quām his ad quos hodie me mitteres. Nempe
auscultauī ex Oriente & Alexandrina ecclesia Ori-
genem, ex Constantinopolitana Chrysostomum, ex
Cappadocensi Basilium, ex Aphricana Augustinum,
ex Europa Hieronymum & Ambrosium: qui me in
catholica esse ecclesia, & ab apostolica doctrinā nihil
nouum in hac re docuisse affirmant. Vnde calumnia
est, quod omnes illos reiſiam, & condemnē, nilq; cate-
nus recipiam, niſi quatenus mihi nō repugnat: & ſic
bi in mea ſententia nō fuerint, subdititia, adulterina, et
& Papistis depravata pronunciem: in hac enim cauſa
meū ſentiūt. Sed tibi licere uis, quicquid dicere libet:
Non audebis facere omnes doctores paris autori-

tatis, ipse nosti etiam in Cypriani, Hilarij, Origenis,
Chrysostomi, Hieronymi, & aliorum classicorum au-
torum libris multos nothos pro germanis diuendi.
Quum autē mihi certissimis argumentis constet eſe
opera quædam tantis uiris indigna, quare ita cæcē in
eorum libris uersarer, ut citra delectum quoſuis deuo-
rem, quum etiam in ipsis autoribus, quando non am-
bigitur quod ipsorum ſunt libri, adhibendum ſit iudi-
cium & Solis canonicas libris hunc honorem damus,
ut addicti ipsis prorsus ſimus.

Proinde ſi & Thcophylactus, qui non ex uetusſio-
ribus, tametſi in latinum sermonem à me uerſus fit, mi-
norem habet autoritatcm, quid mirum? Sed non erat
uerſedus ſi absurdā quædā haberet? At ratiōe hac ple-
riq; tā ecclesiastici quām Ethnici, uerti, legiq; nō debe-
bant. Quin tu quum me nullius fidei hominem dicas,
uel in hoc fidem meam incorruptissimam dicere po-
tuſſes. Certe ſunt qui illo tempore quo à me uerſus
eſt, ſciunt in hoc non eſſe approbatum. Et lector dili-
genter præmonitus eſt, fruatur ſuo iudicio: quod ſi in
liminari epiftola non adieciſsem, quānum etiam tunc
triumphantē id quod plerosque tam male habet, ut
epiftolam ipsam excindant. Oportebat, dixerit quis,
huius rei nominatim facere mentionem. Sed hoc typο
graphis male ceſſiſſet: quām enim illam epiftolam ge-
neralem ferant ægre, ſi plura nominatim taxarem,
quām

PYRK. RESPONSI^O POSTERIOR. 155

quām male exciperetur? Pulchre scilicet commendatō sem autorem, si nō eius quām elegantiam exactius ostendissem.

Quos in Augustini, Ambrosij, et Cypriani libris censui exautorandos, non solus neque absq; rationibus cegi, et meū faciunt quotquot emunctioris sunt naris. Proinde de tanta arrogantia fugillandus non eram, uiribus enim meis nihil tribuo, tenuitatemq; agnoscō: sed interim officij mei sum memor, ut talentulo mihi concredito fideliter utar, & propter irrisiones tuas nō defodiam. Neq; hoc acceptū ferre debebas arrogantię, quia dixi, me sēpc in magna multitudine eorum qui pro spiritualibus habentur, uix unum & alterū deprehēdisse, qui iuxta uerbū domini responderint. Vrges autem ualde importunis uerbis, dicens: **Q**uis illum cordium scrutatorem constituit? quis illi dissipendi ac dijudicandi potestatem talem tribuit? ut omnes credere cogantur, quicquid ipse dijudicat, ac somniat? Hęc tu. Bilibalde, quid sibi uult ille sermo? quis tale quiddam fibi arrogat? Nunquid ex uerbis meis hęc colliguntur? Certe ego de uerborum iudicio loquor: & tu dicas, quod scrutandi corda autoritatem, que solius dei est, assumam? Ego quod ex scripturis & doctoribus labore congesst, fidēq; experior, fideliter communico, citra condemnationem eorum, qui uel dilucidius quiddam tenent, uel id quod dico, non

apprehendunt: tu quisi ad credendum coacturus sim
homines, tyrannidem inuasisse dicis.

Demum quod in p̄cipiis taxandis oculatior sim,
quām par est, recte moneres, si aliud genus mortali-
um tellus portaret, ueræ pietati, & Christianæ reli-
gioni magis aduersum, Christi ue uerbum magis per-
sequens. Quod si hī te patronū constituere, age totam
illorū causam, ut palām uideamus, à cuius parte stes-
nam ut nunc scribis, pro quo pugnes ignoratur. Vtī-
nam contra Christum non pugnare. Bonos certe epi-
scopos, & sacerdotes suo munere fungentes, qui ad-
modum pauci, nunquam damnū tui, sed duplice honore
dignos predico. Alia que hīc inde scripta sunt, sa-
tius mihi fuerit contemnere quām diluere, nam & sic
prolixior fui quām statueram.

R E C E P T V I igitur cano, & te nunc amice
hortor. Desine oro à fucatis uerbis: & siquidem pro-
phetam agere uis, age uerum, et penitus uide, quid in
uerbis suis Christus commendare uoluerit, deq; sa-
cramentis ut sacramentis loquitur, & tunc antiqui
doctores tibi suffragabuntur. Ecclesia sane tam Gra-
ca quām Latina sacramentum esse corporis Christi,
corpus Christi clamat, à quancutiquam descendū.
Fructus pseudoprophetarum & tu obserua, esse uerio-
tatis impugnationem, & fraternitatis offensam. In
quibus arboribus nascantur, satis liquidum. Mihī sane



& ueritas & charitas curae est. Seditiones & tumultus his exprobra, quorum malignitate exorti sunt. Da operam, ut lector non modo tua, sed & ea que tuis recte obiciuntur, legere possit, quo melius dijudicet: & inueniet utique, quod toties inculcas, totiesque rogas, illam quam tu ponis in pane presentiam, & mandationem, non solum ignorare, sed & planè non probare. Cuius rei uel unicus Augustinus idoneus fuit testis, qui de hoc præ omnibus cœteris egittam in libris de trinitate, q[uod] de doct. Christiana. Verba autem Christi saltem ita tractato, sicut tua uelis. Vis enim, ut opinor, non contendendum de uerbis, sed eruendi sensus habendam curam. Et profecto nec rideberis, nec contemneris, sed etiam si alicubi aberraris, ut feruentior quam par sit zelotes fueris, libenter tibi condonabitur, perspicuumque erit, gloriam dei salutemque proximi à te spectari: id quod hoc scriptoris charactere, quo nucus es, etiā si in aliū sexcentis Occolam padijs deteriorem scribas, declarare non poteris: immo si sic perges, reliquias ingenij tui dotes ita obscurabis, ut antea Eccijs & Murnerijs maledicendi magistris, quam his qui rem ecclesiæ iuuare cupiant, connumeris: Quod plurimum deprecor, ne tibi obueniat. Orabo autem cum ecclesia mihi commendata, ut uere Christum agnoscas, & per illum, quod nunc neglexisti, me inuidiosis argumentis ad hanc defensionem las-

136 IO. OE COM LAPADII AD
cessens, qualiter cum fratribus agendum sit, discas:
quo fiat aliquando rixarum finis, & effici-
mur tandem unus panis, et unum corpus
in Christo, cui sit gloria.

Amen.

F I N I S.

IOANNES¹³⁷

OECOLAMPADIVS, AMICO N.

Gratiam & pacem à Christo domino,
ac deo nostro.



T mihi pace & concordia ecclesiarii
nihil optabilius cōtingere posset, neq;
illi, quatenus cum ueritatis confessione
licuerit, deero, mi frater. Vercor autē
plerosq; id nō curare. Nam quid Pyr
kaimerus uester omisit, quod ad me perdēdū attinet?
Tales scilicet scriptores pacem soubent? At uidebit,
quām prudēter egerit. Sed tu mavis, ut aperte dicam;
quid sentiam, si forte reconciliari ualecamus. Verum
mentem meā ex tot libris clare potuisses cognoscere.
Atqui neq; hoc tibi denegabitur.

Intolerabilem sermonē dico, panem
substantiue esse corpus Christi.

Naturale corpus Christi credo in uno
duntaxat loco esse, nempe in cœlo; alio;
qui non esset uerum corpus.

Corpus adesse pani, libenter fatebor,
eo modo quo adest ipsi uerbo, per quod
panis fit sacramentum, & uisibile uerbū.
Sacramenta, nisi essent à Christo insti

i 5

tuta, uerboꝝ fidei sanctificata, nō essent statua Coelitis superiora, uel digniora. Et statua, & sacramenta aliud sunt secundum substantiā; & aliud, quām secundū suam substaniā sunt, signant.

Sermo promissionis nō excidit, etiam si panis nō sit substantiue corpus Christi, hoc enim Christus non promisit futurū. Nam si hæc promissio posset probari, e- quidem ultra non contendercm.

Verba coenæ hāc promissionē habēt, nobis datū corpus Christi, quatenus pro nobis mortuū est, & sua morte nostram aboleuit, & sanguinem nobis datū, qua- tenus pro nobis effusus est in remissio- nem peccatorum.

Hoc uerbū fidei sanctificat sacramēta Veritatem mysterij non negat, imo maxime purissimeꝝ cōfitetur, qui hasce promissiones amplectitur. Is enim solus uere spiritualiter manducat carnem, & bibit sanguinem.

Verbum efficit omnia quæ deus uult, placet: sed subde, quod deus uult exter-
no uer-

no uerbo , uel symbolo , uel scripturis ,
hoc tantum tribuere ut admoneant , reli-
quum spiritu suo operatur .

Pani per uerbum corpus datur , sicut
uerbum habet in se corpus .

Per fidem absentissimū corpus Chri-
sti , animo præsentissimum est .

Per fidem mens fidelis in uerbo uisibi-
li , & audibili corpus Christi , ut in uerbo
cognoscit tale , quale est , ut tu dicis , uere ,
& secundū substantiā , licet in mysterio
per speculum in ænigmate : sed hoc non
facit panem substantiue esse corpus , neq;
naturale corpus ponit in diuersis locis , si-
cut nec facies hominis in diuersis locis
est , quia in diuersis speculis uidetur .

Qui spiritum Christi sortiti sunt per
fidem , non solū in animis præsentem car-
nem Christi habent , ut iij qui fidissimorū
amicorum oblectātur memoria , amicos
habent animis insidētes , sed etiam σωματά
δοχικῶς , quia uere Christum iuxta spiri-
tum eius , in ipsis , tanquam templo eius ,
habent ; habent & corpus eius uere , licet

in cœlo sit, à quo diuinitas nō est seifūcta.

14 Christus in cœlo carnem nostram ge-
stat, & nos in terra carnem Christi, iuxta
speciem.

15 Omnis illa præsentia carnis ualde uti-
lis est; inutilis autem, & absque elencho
fidei, si panem substantiue corpus dica-
mus, aut corpus Christi in multis locis si-
mul esse asseramus.

16 Qui tropum sermonis in uerbis cœ-
næ reñciunt, contentiosos se declarant,
& praeter analogiam fidei scripturā inter-
pretantur.

17 Bene & religiose loquuntur, qui se di-
cunt accedere ad corpus domini, uel ma-
ducere corpus; Prophane & contēptim,
qui tantum panem, & signum suscipere
se dicunt, declarant enim infidelitatem
suam. Iniuria fidelis se affectum, & pro
proditore haberī putat, si solum sacra-
mentum, & non etiam rem, quam sacra-
mentū signat, manducasse dicatur, tam-
etsi illud ore, hanc animo. Hinc apparet
mos loquendi ueterum,

Obseruan


Obseruandum nobis docentibus, in
quatis tenebris caliget populus, ut quam
apertissime, & absque subtilitate uerbo-
rum cognoscat mysterium, ne in graui-
res cæcitates ruat.


Habes mi N. simpliciter, & aperte confessionem
meam, à qua non video ut possim, uel ad transuersum
digitum abscedere. Tu, ut facis, cura sedulo ea que
ad pacem ecclesie, & deus pacis erit tecum. Amen.


FINIS.


BASILEAE, APVD AND.
CRATANDRVM, MENSE
MARTIO. ANNO
M. D. XXVII.


- E R R A T A.**
- Pagina 6. linea 20. lege, irarum.
Pag. 7. lin. 10. lege, recipio.
Pagina 14. lin. 6. expunge, non.
Pag. 30. lin. 19. lege, quia seruatam cupimus.
Pag. 31. lin. 19. lege, ueritas curæ.
Pag. 46. lin. 17. lege, tamq;. O
Pag. 58. lin. 4. lege, minus queant facere miracula.
Eadem pag. lin. 12. lege, non accepi, quid molestus est?
Pag. 60. lin. 1. lege, ullius momenti.
Pag. 61. lin. ult. abundat, uel.
Pag. 72. lin. 9. lege, non est nisi mysterium.
Eadem pag. lin. 12. lege, uel qui uerbis.
Pag. 105. lin. 5. lege, nos profuturos.
Pag. 144. lin. 16. lege, uagis.
Pag. 117. lin. 5. lege, prelo.
Pag. 121. lin. 6. lege, consectaneum.
Pag. 125. lin. 1. lege, in epistola tam generaliter.









































1419-22

